

A

1613

—

VII.

—

GENEROSO AC
EGREGIO ADOLE-
SCENTI Dñ. MARCO HORWATH
alite: STANSITH de GRADECZ, Dño in
Neerer &c. Dñi GREGORII piæ
memoriæ filio &c.
S. P. D.

RERVENERUNT PROXIMA DIE 20. IULII
stylo nouo, pagellæ quædam Sebastiani Lamij Pastoris Calui-
niani Keismarc: ad manus meas, in quibus cum non solum con-
tra personam: verum etiam aduersus religionem meam multa proponi vide-
bã ex verbo Dei confutandas eas putauì. Euulgauit & Germanicum quoddam
scriptum, in quo re ipsa ostendit, quod verè prædixerim, Lamium nunquam
aliquid solidi ad Germanicum meum de cœna Domini scriptum responsurum:
quò magis enim se vult extricare, eò magis semetipsum intricat, & mea argu-
menta prorsus non dissoluit, sicuti in confutatione eiusdem Germanici scri-
pti, Deo volente, breui videbimus. Hunc præsentem autem laborem tibi,
Generose adolescens, offero, quia etiam tui parentis, piæ memoriæ, piã con-
fessionem, quam Lamius in sua declaratione virulenter arrodit, hic pro viri-
bus ex verbo Dei & sanctis Patribus defendo. Idque non solum ideo, quia il-
lam piã & veram esse noui: sed etiam idcirco, quia tuo parenti in viuis ad-
huc existenti id promiseram. Tibi igitur filio quare non iure offerrem? Non
dubito etiam te grato animo hoc meum propositum accepturum. Si quid in
intellectione huius mei laboris tibi defuerit, id à clariss. viro Dño M. Nicolao
Erhardo, præceptore tuo, & amico meo singulari, qui priori colloquio inter-
fuit, petes. Deus te conseruet saluum in multos annos, & Sp̃ritu suo Sancto
tuam mentem illuminet ac cor tuum regat, vt paternis vestigiis feliciter infi-
stens, sicuti cœpisti, pergas. Cassouia 23. Iulij stylo nouo Anno 1598.

M. Albertus Grauerus scholæ Cass.
in superiori Vngaria Rector.

CO
SO



ora, sufficienter
tiquitate respon
fidei articulos
aspera in collo

EX titulo eu-
ret, Sebast
colloquio sunt a
am declarationi
autem est quidd
quens. Innuit
gnasse, quod ta
cogetur, siquide
illa argumenta
Primum meum
stianus pag. 16
pag. 10. & 12.
posueram in co
mentum posteri
dum pag. 57. T
pag. 36. Sextum
colloquio. Ben
argumenta, quæ
lata. Sed obiic

CONFUTATIO SCRIPTI LAMIANI.



N confutatione pagellarum Lamianarum obseruabo eam methodum, quam ipse Sebastianus: ordine singulas paginas examinabo, ut ne sibi non responsum esse iure queratur. Tractat autem Lamius *ἔργα καὶ πάρεργα*, realia & personalia. Quod ad priora, sufficienter, Deo iuuante, ex verbo Dei & orthodoxa Antiquitate respondebo: in posterioribus, quia ferè *ἀλλότρια*, & fidei articulòs non concernunt, imò per accidens quali sunt aspersa in colloquiis, ero breuior.

DE TITVLO.

EX titulo euidenter sano omnium sanorum iudicio apparet, Sebastianum non tam consignare ea, quæ in utroque colloquio sunt acta, quàm declarare voluisse: quapropter etiam declarationis nomine suas pagellas ornauit. Declaratio autem est quiddam posterius, actiones colloquiorum subsequens. Innuit me mala fide argumenta colloquiorum consignasse, quod tamen ipse Sebastianus nolens volens diffiteri cogetur, siquidem ipse in sua declaratione fatetur, me omnia illa argumenta proposuisse in colloquiis, quæ consignauit. Primum meum argumentum prioris colloquij ponit Sebastianus pag. 16. & 35. Secundum pag. 33. & 57. Tertium pag. 10. & 12. Quartum pag. 17. 20. 57. & 58. Tot tantum posueram in consignatione prioris colloquij. Primum argumentum posterioris colloquij ponit Lamius pag. 31. Secundum pag. 57. Tertium pag. 37. Quartum pag. 38. Quintum pag. 36. Sextum pag. 39: Tot numeraueram in posteriori colloquio. Benè igitur se res habet, dum Lamius fatetur, illa argumenta, quæ ego euulgaram, esse in istis colloquiis ventilata. Sed obiicit, plura fuisse proposita. Non nego: sed mi-

DAC
OLE
RWATH
z, Dño in
i piæ

DIE 20. IULII
amij Pastoris Calui-
cum non solum con-
multa proponi vide-
ermanicum quoddam
Lamium nunquam
riptum responsurum:
ntricat, & mea argu-
dem Germanici scri-
autem laborem tibi,
memoria, piã con-
irrodit, hic pro viri-
n solum ideo, quia il-
parenti in viuis ad-
iure offerrem? Non
pturum. Si quid in
iro Dño M. Nicolao
iori colloquio inter-
& Spiritu suo Sancto
estigiis feliciter infi-
uo Anno 1595.

verus scholæ Cass.
Vngariae Rector.

nus principalia dico. Neque promisi omnium istorum argumentorum consignationem, quia non requirebat scopus meus, neque exigebat necessitas. Pollicitus namque fui tantum illa argumenta de persona Christi, ad quæ Lamius in istis colloquiis nil solidi responderat, quibusq; illum conuictum dixeram. Ad hoc meum propositum tot argumenta imò pauca sufficiebant. Si promissis integras colloquiorum actiones, iure mecum expostulasset. Excusationem meam vidit in præfatione mea, sed ut haberet quod diceret, & ne prorsus taceret, vitiligare voluit. Comittit igitur hinc Elenchum à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Quod vrget semper eadem verba, neque illa promisi: sed ut præfatio mea testatur, dixi me argumenta tum **QVO AD SENSVM** proposita recensere velle: Singulorum enim verborum non recordabar. Et quid de verbis & syllabis litigat, cum fateatur res ipsas argumentorum fuisse motas. Hoc autem verè dicere possum, bonam partem consignationis Lamianæ esse falsam, sicuti in progressu videbimus.

DE ORDINE.

QVAE in secunda pag. primi ternionis ex Philippo de ordine profert Sebastianus sunt *ἀπερδιόνυσα*. Philippus de oratione Rhetorica (inspiciatur locus) agit: Ego nuda argumenta proposui, ob eam causam, ut falsam Lamij consignationem confutarem & illum nil solidi ad mea respondisse in colloquiis ostenderem, quod nuda hac argumentorum cum subiuncta responsione ad eadem enumeratione fieri posse, etiamsi singulas circumstantias ad rem per se nihil spectantes non enarrarem, existimaui. Neque promisi in titulum earum pagellarum me singulas circumstantias istorum colloquiorum consignaturum, *ἀπεργα* namq; esse putavi. Cur igitur plus à me postulat Lamius, quàm promisi? Protestatus sum in mea præfatione, me nec velle, (non enim proposueram singulas easq; quasdam iocosas, quas Sebastianus narrat actiones & circumstantias colloquiorum referre, sed quædam

dam duntaxat
refert, quo or
ne, sed ex me
gumenta reci
lippus agit, i
non eo anim
quo ordine q
rat, cum inte
medium essent
tum obseruare
lendi causa ord
ad rem, quæ i
nim sunt argu
(legatur Aristo
omnibus ac f
Rem non mut
toties de ordin
præmonuerim.
derunt in collo
polliceatur, se n
ta enarraturum
mnum eorum
Prius saltem eg
in me desideras
ane, responsum
ipsam inficiari t
etiam in dispu
dum: sed hinc l
Philippus vel al
uandum esse or
mecum litigas:
singula prout in
cepta veri ordin
Philippus in Rh
de quo Philippu

dam duntaxat eaq; præcipua argumenta, in quibus parùm refert, quo ordine collocentur, cum illorum vis non ex ordine, sed ex medio termino pendeat: Dialecticè enim nuda argumenta recitavi, non orationem Rhetoricam, de qua Philippus agit, institui,) nec posse, (neq; enim recordabar, cum non eo animo, ut consignarentur mea, collocutus fuisset, quo ordine quodlibet argumentum semper propositum fuerat, cum interea certò scirem, quæ & qualia argumenta in medium essent allata) ordinem in utroq; colloquio observatum observare. Fallitur idcirco Sebastianus, dum me fallendi causa ordinem non observasse fingit. Neque quicquam ad rem, quæ in suo auctario de ordine profert, Dialectica enim sunt argumenta, quorum vis, ut dixi, pendet ex natura (legatur Aristoteles in lib. 1. Analyt. pri. cap. 27. & 28. & in omnibus ac singulis octo Topic. libris,) medij termini. Rem non mutavi, te fatente, ut supra euici. Frustra igitur toties de ordine clamitas, cum in mea præfatione lectorem præmonuerim, ne putaret me singula eo ordine, prout acciderunt in colloquiis, enumerare. Deinde scias differre, si quis polliceatur, se nudè ex colloquiis duntaxat quædam argumenta enarraturum, & si affirmet se iustam consignationem omnium eorum, quæ in colloquiis sunt acta euulgaturum. Prius saltem ego promiseram: posterius non. Temerè igitur in me desideras, quod desideras. Nimis ieiunum, mi Sebastianus, responsum, dum ordinem saltem carpis, & interea rem ipsam inficiari non audes. Scio in disciplinis tradendis imò etiam in disputationibus conscribendis ordinem observandum: sed hic longè alia est ratio. Neque de tali ordine vel Philippus vel alius quispiam philosophus agit, quando observandum esse ordinem in disciplinis præcipiunt, de quali tu mecum litigas: Tu enim requiris ordinem, quo referantur singula prout in colloquiis sunt prolata, siue ille ordo ad præcepta veri ordinis congruat siue non: Atqui de tali ordine Philippus in Rhetoricis ne γερὸν. Aliud est ordo disciplinarum, de quo Philippus, & aliud est ordo certæ alicuius actionis, de

quo tu differis: Est ambiguitas in voce ordinis. Vides igitur quàm multis morbis laboret hæc tua repræhensio. Frustra igitur me monuisti de ea re, quam ego ipse in mea præfatione iam indicâram. Hæc ideo prolixius, quia sapius ea recoquit Lamius. In sequentibus igitur semper ad hæc prouocabo, quando obiectio de ordine recurret.

DE PRÆFATIONE.

IN præfatione enarrat Lamius duplicis generis causas. **P**riori genere dilationem euulgationis pagellarum suarum excusat: posteriori editionis necessitatem exponit. Ad prius respondeo, afferri causas non causas, quod lector per se deprehendet. Est similis excusatio: Petrus fuit Apostolus. Ergo Thomas non potuit credere Christum resurrexisse. Veram autem causam ipse Lamius pag. 36. affert: ob quam non citius (iam enim duo anni & aliquot menses elapsi) responderit, quia videlicet Dominus Horwathius dixerat Sebastiano: post mortem meam Sebastiane respondebis. Res ipsa comprobat. (Nosti Sebastiane quoties a hic pius Heros te in angustias redegerit, Theologus namque erat, disputator erat, logicus erat, Rhetor erat, latinus erat) Ad posterius, ubi facit mentionem concionum suarum, in quibus taxârit Dñ. Horwathium iam defunctum, dico mihi nihil aliud constare, nisi quod quidam Kesmarcenses viri fide digni retulerint, Sebastianum satis virulenter exemplum Iuliani apostatę iam demortuum D. Horwathium b detorsisse: Ego non interfui istis concionibus: neque hæc de re apud Senatum litem moui Sebastiano: neque qui nam illi fuerint, qui apud Senatum illum accusarint, noui. Nihil igitur hæc ad me. De concionibus funebribus respondeo, me illas non habuisse: nihil tamen contra rei veritatem in iis prolatum esse affirmo. Quod refert de quodam in Oenopolio saltante, biduo antequam funus heri sui concelebraretur, nouit Lamius, si conscientię aliã micam habet, me eum non fuisse. Cur non nominauit? forsan aliis hæc ratione noluit tacitè imponere, me eum

a Quem viuum metuebat Lamius, hunc mortuum iniuste in famoso suo Epigrammate calumniatur.

b Etiam si nomē in iam demortuum non expresserit.

me eum fuisse vidit, illum Lator autem in uio nuptiali cur hoc quicquid mentionem, cede conductam esse, quod xisse non infirmanicum me ad quod iam b controuersia one breuis re monstrabo, & rum argumen euincam. Q fouendas auge suo scripto, lat metipsum refe poris pientissim natus Cassou Lamio. Fui l eum locum, in Theologica & hic carpis, qu stipendium acc momo esse tutu lachrymis sed non fuisse verè monium prou sed inter quos hæc Lamius. tionem petisse qui Lamium no literis titillare so

me eum fuisse. Qui vnquam me saltantem Kesmarci vidit, illum hominem enormiter mendacem iudico. Saltator autem iste non ex leuitate, sed ex honestate in conuiuio nuptiali cuiusdam affinis sui choreas duxit. Neque igitur hoc quicquam ad me. Præterea & alius cuiusdam facit mentionem, qui ad fouendas augendasq; contentiones mercede conductus pleno ore eructauerit, Lamiani silentij causam esse, quod prodire non audeat. Me hæc de Lamio dixisse non inficias eo (& multi alij mecum) idq; propter Germanicum meum scriptum de cœna Domini ipsi oppositum, ad quod iam biennio elapso quàm tenuiter & exiliter statum controuersia peruertendo responderit Lamius, in confutatione breuis repetitionis germanicæ ab oculo ad oculum demonstrabo, & frustra illum tam diu in oppugnatione meorum argumentorum (ad quæ nil solidi respondit) desudasse euincam. Quod autem mercede me conductum fuisse ad fouendas augendasq; controuersias scribit Lamius in vtroq; suo scripto, latino & germanico, est putidum figmentum semetipsum refellens. Stipendium numerauit mihi tum temporis pientissimus D. Horwathius & modò amplissimus Senatus Cassouiensis, sicuti Senatus Kesmarcensis numerat Lamio. Fui legitimè vocatus ab eodem D. Horwathio in eum locum, in quo idem erat legitimus Magistratus, vt & Theologica & philosophica iuuentuti proponerem. Quid hic carpis, quod contra te non possim retorquere? Est ne stipendium accipere prohibitum? Quàm verum est nihil à momo esse tutum? Denique quorundam, qui patrono non lachrymis sed cyathis parentauerint, meminit, inter quos me non fuisse verè affirmo, & ad illorum, qui interfuerunt, testimonium prouoco. Fuisse tamen nonnullos ego non nego, sed inter quos non ego. Præter rem igitur & ex mero liuore hæc Lamius. Quod alios ex peregrinis regionibus euulgationem petiisse scribit, facit pro more suo: Nouerunt omnes, qui Lamium nouerunt, quàm se in publicis conuiujs aliorum literis titillare soleat. Sed propria laus (hoc tibi in aurem Lamii) for-

mi) sordet. Et forsan alij etiam clarorum virorum literas proferre possent. Ac quoniam a deo iniquè de D. Horwathio sentis, subiungam in fine clarissimi Theologi Dñi D. Aegidij Hunnij literas, in quibus longè aliter de obitu pientissimi Dñi Horwathij, & mea controuersia, quam tecum habeo sentit, cuius vnus iudicium pluris facio quàm Lamij & aliorum quorundam.

DE IPSA DECLARATIO-
ne Lamij.

Pagina 1. enarrat Lamius ob quam causam mittere voluerit suo Domino hanc suam declarationem. Nihil ad me. *πάρεργον*. Pag. 2. causam reddit, ob quam meum scriptum à me ipsi transmissum acceptare noluerit, vel ausus, vt ipse innuit, non fuerit. Nihil ad me, *πάρεργον*. Pag. 3. de methodo suæ declarationis differit. Quarundam literarum, in quibus scriptum fuerit, D. Horwathium passim gloriari de victoria, meminit. De literis non sum sollicitus. De gloriatione mox videbimus. Pag. 4. commemorat, qua occasione Dñs. Horwathius vnà cum Reuerendis viris, Petro Türkio, Abrahamo Christiani, & cum M. Nicolao Erhardo, M. Alberto Grauero, & Elia Lanij venerit in conuiuium Tökelij, & qua tandem ratione ipse fuerit aduocatus. *πάρεργον*. Pag. 5. recenset, quomodo nos salutârit. *πάρεργον*. Quæsiuisse ait D. Tökelium, an istos nosset, (omisit hic vocabulum, OMNES, Lamius, in quo consistit neruus) se respondisse: ex parte: Excepisse autem hoc responsum cauillo D. Horwathium & dixisse memorat, quinam possit quempiam ex parte nosse? Non sic Sebastiane: Sed quomodo omnes (hanc vocem OMNES idcirco omisisti) ex parte posses nosse quærebat, cum quosdam antea nunquam vidisses? Non cauillus, sed iocus erat. Pergit recensere, quomodo D. Tökelius ex me de statu Academiae Witembergen: quæsiuerit. Et hoc est *πάρεργον* Sebastiane. Pag. 6. assignat iocosum quoddam argumentum de statu Academiae Witembergen-
tebergenfis

tebergenfis mi
de eo agam. Pa
set: Quicunq
Status Academ
tulos fidei. E
tissimus ille Do
non nisi semper
præcipue Theol
re solebat. Per
genes & eorum
li statuunt λόγον
νον: hi verò exc
negat hanc voc
esse inauditam.
uini & Lamij de
uti paulò post
Sebastiane, qui
at, cum tamen t
go in vestro or
(quos tu pagin
seu Filium Dei
sentia infinitat
nem esse. Ex
quomodo diffe
maduerto rem
quia rectè dic
quare non per
γὰρ ἄσαρκος.
Sed mox plura
vocabuli exca
verum falsum
& fundament
ror. De re ipsa
hi assignat:
simul etiam c

um virorum literas
de D. Horwathio
logi Dñi D. Aegi-
de obitu pientissimi
tecum habeo sen-
Lamij & aliorum

ATIO.

lam mittere volue-
em. Nihil ad me.
meum scriptum à
ufus, vt ipse innu-
de methodo suæ
in quibus scriptū
ictoria, meministis.
e mox videbimus.
Horwathius vnà
hamo Christiani,
Grauero, & Elia
a tandem ratione
enfer, quomodo
Skelium, an istos
Lamius, in quo
Excepisse autem
dixisse memorat,
n sic Sebastiane:
idcirco omifisti)
antea nunquam
it recensere, quo-
Witembergen:
Pag. 6. assi-
Academiæ Vi-
tebergensis

tebergensis mihi obiectum. Quia autem nihil ad rem, nihil
de eo agam. Pag. 7. hoc argumentum D. Horwathij recen-
set: Quicumque status evertit articulos fidei bonus non est. *Argumentum*
Status Academiae Witebergensis, qualis nunc est, evertit ar-
ticulos fidei. Ergo bonus non est. Hoc argumentum pientis-
simus ille Dominus exercitij gratia proposuit, sicuti alias
non nisi semper inter prandendum & cenandum de piis &
præcipue Theologicis quæstionibus ex sacra scriptura confer-
re solebat. Pergit Lamius, me fecisse *ἀντ.θεσιν* inter Viteber-
genses & eorum aduersarios (videlicet Calvinianos) quod il-
li statuant *λόγον* incarnatum, vel vt Græci loquuntur *ἐνσαρ-
κον*: hi verò excarnatum, græcè *ἄσαρκον*. Fateor. Pag. 8.
negat hanc vocem, excarnatum esse, reperiri apud patres, ait
esse inauditam. Credo patres ignorasse, quia ignorarunt Cal-
uini & Lamij doctrinam, ex qua necessario hoc sequitur, sic-
uti paulò post ab oculo ad oculum demonstrabitur. Et mi-
Sebastiane, qui fit, quòd hoc vocabulum adeò tibi displice-
at, cum tamen tui socj, Sadeel, Zacharias Ursinus (quos e-
go in vestro ordine primarios arbitror) Beza, & Pezelius
(quos tu pagina 38. 39. & in aliis defendis) doceant, *λόγον*
seu Filium Dei totum in carne esse, & totum simul propter es-
sentiaè infinitatem (vbicumque enim est, totus est) extra car-
nem esse. Extra carnem esse, *ἄσαρκον* esse, excarnatum esse,
quomodo differunt Sebastiane? sicuti ensis & gladius. Ani-
maduerto rem vobis placere: vocabulum verò displicere. Et
quia rectè dico de orthodoxa sententia *λόγον ἐνσαρκον*:
quare non per contrarium de contraria sententia dicerem, *λό-
γον ἄσαρκον*, quamuis ego *λόγον ἄσαρκον* non agnoscam.
Sed mox plura de his. Pag. 8. & 9. contendit nos occasione
vocabuli excarnati descendisse ad colloquium, quod quàm
verum falsumue sit, quia rem ipsam non concernit nec vim
& fundamentum meorum argumentorum elidit, nihil mo-
ror. De re ipsa tantum agam. Pag. 10. hoc argumentum mi-
hi assignat: Quicumq; statuit alicubi esse *λόγον* vbi non sit
simul etiam caro, ille statuit *λόγον* (ibi, vbi non est humana
B natura)

natura) non incarnatum sed excarnatum. Quicumque dicit, λόγον esse ubique, carnem τῷ λόγῳ unitam non item, ille statuit λόγον alicubi esse, ubi non sit simul etiam caro: Ergo, quicumque dicit, λόγον esse ubique, carnem τῷ λόγῳ unitam non item, ille statuit λόγον (ibi, ubi non est humana natura) non incarnatum, sed excarnatum. Argumentum, quoad SENSUM, meum esse agnosco, & tale pronuncio, quod Sebastianus in omnem aeternitatem non dissoluet, sicuti etiam haecenus nihil ad illud respondit. Quam bellè autem intelligat vim & neruum huius argumenti Lamius, apparet ex iis quae in margine aspersit. Putat argumentum absque illa clausula (ibi, ubi non est humana natura) nihilominus constare potuisse, quod falsum esse sic euinco: Non volui ostendere hoc argumento, sequi ex sententia Calvinistarum λόγον ἀπλῶς non esse incarnatum: sed duntaxat κατὰ τὴν quia nimirum in vno duntaxat loco collocant carnem Christi, vno autem seu incarnatione definitur ab Apostolo Paulo per inhabitationem Deitatis in carne (interpretante sic Cyrillo c (in vno duntaxat loco etiam filius Dei habitabit in carne, & per consequens in vno duntaxat loco erit ὁ λόγος incarnatus: In reliquis verò locis, in quibus (animaduertisne iam emphasin meae clausulae, quam necessariò adiungendam putavi, imò ego in ipso colloquio adieceram) caro secundum Calvinianos non adest, non etiam habitabit filius Dei in carne, & quia non habitabit ibi in carne, neque ibi incarnatus erit, sed ibi erit ἄσαρξ sine carne, siquidem dici non potest, filium Dei ibi habitare in carne, ubi caro non adest. Atque sic duplicem coguntur fabricare filium Dei, vnum, qui totus est in carne in caelo: alterum, qui totus (vbicumque enim est ibi totus est) est extra carnem in terris, in quibus carnem adesse negant: Nam de vno eodemque filio Dei non dixerim, quòd simul sit in carne & simul extra carnem, hoc est, simul vnitus carni & simul non vnitus carni, Simul incarnatus & simul non incarnatus: Nam extra carnem esse necessariò & infallibiliter infert incarnatum non esse. Si igitur λόγος alicubi existit extra carnem,

c In lib. posteriore ad Regianas de recta fide Tom. 3.

NB.

» rit ἄσαρξ sine carne, siquidem dici non potest, filium Dei ibi habitare in carne, ubi caro non adest. Atque sic duplicem coguntur fabricare filium Dei, vnum, qui totus est in carne in caelo: alterum, qui totus (vbicumque enim est ibi totus est) est extra carnem in terris, in quibus carnem adesse negant: Nam de vno eodemque filio Dei non dixerim, quòd simul sit in carne & simul extra carnem, hoc est, simul vnitus carni & simul non vnitus carni, Simul incarnatus & simul non incarnatus: Nam extra carnem esse necessariò & infallibiliter infert incarnatum non esse. Si igitur λόγος alicubi existit extra carnem,

carnem, ergo etiam ubique incarnatus, ergo nullibi extra carnem cunquere erit λόγος que. Atque hoc in Ios. 2. inquit, toto corpore, in illo lib. post. de rat quaedam de h dico, idcirco praethymema D. Horuuij, Ergo in quid agat. Dicat uis de Deo, ad riam semper celebrusdam ridiculi parte Theologu Horwathium sebus Theologicis kelius vserit co mentionem alle signarat Lamius ego & quidem sa adieci. Ego a gratia quicquar bis Petri mea su ostendi. Deinde per debemus et in conuiuio de um Enthymen Sic igitur συμπνεστis exigitur Christi & Apo instituta: Attende religione di

Quicumque dicit,
non item, ille sta-
m caro: Ergo,
λόγῳ unitam non
ana natura) non
m, quoad SEN-
quod Sebastia-
tuti etiam hacte-
m intelligat vim
et ex iis quæ in
illa clausula (ibi,
constare potuisse,
videre hoc argu-
γον ἀπλῶς non
nimirum in vno
io autem seu in-
inhabitationem
(in vnico dun-
e, & per conse-
carnatus: In re-
e iam emphasin
n putavi, imò e-
um Calvinianos
n carne, & quia
is erit, sed ibi e-
otest, filium Dei
q; sic duplicem
tus est in carne
est ibi totus est)
n adesse negant:
quod simul sit
vnitus carni &
simul non incar-
nfallibiliter in-
ibi existit extra
carnem,

carnem, ergo etiam alicubi erit non incarnatus. Si autem v-
biq; incarnatus, ergo vbiq; in carne: Si vbiq; in carne: er-
go nullibi extra carnem: Si nullibi extra carnem, ergo vbi-
cunque erit λόγῳ ibi etiam erit caro, & per consequens vbi-
que. Atq; hoc ipsum vult Paulus, quando in Epistola ad Co-
loss. 2. inquit, totam plenitudinem Deitatis habitare in Chri-
sto corporaliter, hoc est, in carne Christi (interpretante Cy-
rillo lib. post. de recta fide ad Reginas. Pag. 11. commemo-
rat quædam de hospite actiuo & passiuo, quæ πάρεργα esse iu-
dico, idcirco prætereo. Quod autem scopticè irridet hoc En-
thymema D. Horwathij: Colloquia sunt condimenta con-
uiuij, Ergo in iis de capitibus religionis est agendum, videat
quid agat. Dicat mihi vtrum sit magis pium, etiam in conui-
uiis de Deo, ad cuius imaginem conditi sumus, & cuius glo-
riam semper celebrare debemus, conferre, an verò de aliis qui-
busdam ridiculis nugis? Præsertim perpendat, quid hac in
parte Theologum deceat: vt non dicam pientissimum D.
Horwathium semper inter prandendum & cœnandum de re-
bus Theologicis differere solitum fuisse. Addo quod ipse Tô-
kelius vrseric colloquium in mensa. Pag. 12. primò facit
mentionem allegationis loci Petri: Res sic sese habet: Af-
signarat Lamius me Apostolum Petrum allegasse: negabam
ego & quidem verè. Respondebat Lamius: tui honoris cau-
sa adieci. Ego autem: neq; mei honoris neq; meæ ignominia
gratia quicquam debuisses addere. Non igitur malui pro ver-
bis Petri mea substitui: sed solùm falsitatem consignationis
ostendi. Deinde in margine hoc enthymema aspergit: Sem-
per debemus esse parati ad reddendam fidei rationem. Ergo
in conuiujs de religione disputandum. Non agnosco esse me-
um Enthymema. Addo tamen, rectè formatum procedere.
Sic igitur συμπέρασμα formo: Ergo quando in conuiujs ho-
nestis exigitur ratio fidei nostræ, ea est reddenda, idq; exemplo
Christi & Apostolorum. Nolo interea idcirco conuiuia esse
instituta: Attamen in iis sæpè & quidem conuenienter & piè
de religione differi posse affirmo. Necessitatem non introdu-

NB.

co: occasionem oblarum excuso. Præterea eadem pag. 12.
iuram reipsonem ad præcedens meum argumentum de λό-
γω excarnato subiungit, nimirum, considerandum esse, quæ sit
ratio τῆς λόγῃ, qui cum sit infinitus, neq; partem extra partem
habeat, ubicunq; est totus est, atq; ita semper manet vnitus
sux carni, etiamsi non statuatur, quod caro æquè sit ubiq; vt
λόγῃ. Addit me hanc reipsonem Bezanam vocasse. con-
cedo: Beza namque, non in colloquio Mompelgartensi (vt
me dixisse fingit Lamius: sed in scripto quodam contra Iaco-
bum Andreae similiter respondet ad simile argumentum, con-
cedendo præmissas & negando conclusionem. Dico autem
in reipsonem Lamij (quod & in ipso colloquio ostendi)
» committi petitionem principij: Doceat namq; Lamius, quo-
modo λόγῃ in eo loco (obserua, propter hanc emphasim
» volebam adiici meam causam, quia præuidebam tuum inane
NB. » effugium) vbi carnem adesse negat, carni tamen sit vnitus &
» in carne ibidem habitet? Doceat, quomodo si totus λόγῃ
» est in carne & totus extra carnem, vt vult hæc reipsonis La-
» mij, & Vrsinus, Pezelius & alij scribunt, non sit simul totus
» incarnatus & totus simul non incarnatus? Nam extra car-
» nem esse quid aliud est quàm carni non vnitum esse in eo loco
NB. » in quo caro non adest? An forsan λόγῃ ibi habitabit in car-
» ne, vbi caro non adest? An forsan vnio seu incarnatio defi-
» niatur simul habitatione Deitatis in carne & extra carnem,
» seu per subsistentiam ἑ λόγῃ in carne & per subsistentiam
eiusdem extra carnem? ἀσεβῆς, ἀτοπῶν. Vides igitur
adhuc meum argumentum stare inconcussum & inconvul-
sum, nimirum eum, qui negat alicubi esse carnem, vbi filius
Dei est, vnus loci termino circumscribere vnionem. Non e-
nim quæritur simpliciter, an ille λόγῃ qui est ubiq; & infi-
nitus sit incarnatus: sed hoc, an etiam ubiq; sit incarnatus,
& an ibi etiam sit incarnatus vbi vos carnem esse negatis, (Si
ibi incarnatus, vbi caro non adest, ergo ibi sine carne incar-
natus, quia carnem Ibi adesse negatis) & an etiam in his ter-
ris sit incarnatus seu vnitus carni? Si in his terris est vnitus
carni

carni & vnio
inhabitatione
his terris & n
his terris, quo
ptis vrsi præc
tur igitur La
clamitat) λό-
nitus est car
Vidēsne quo
cedis, in terr
mentum si
in examine p
buit: Totu
etiam corpus
ego esse me

I.
delicet totus
pus Christi.
logismum L
est ubiq; &
manitatem
& totus no
niratem Ch
hoc syllogis
totum Chr
go Diuinit
tuor termin

dicit, videl
Christi pe
Nam aliud

sti) & diu
in tuo syllo
logismum.
us me hoc

a eadem pag. 12.
argumentum de λό-
gum esse, quæ sit
tem extra partem
per manet vnitus
æquè sit vbiq; vt
nam vocasse. con-
mpelgartenfi (vt
dam contra Iaco-
argumentum, con-
m. Dico autem
loquio ostendi)
q; Lamius, quo-
hanc emphasim
nam tuum inane
men sit vnitus &
lo si totus λόγος
ec responsio La-
n sit simul totus
Nam extra car-
um esse in eo loco
habitabit in car-
incarnatio defi-
& extra carnem,
er subsistentiam
. Vides igitur
m & inconuul-
rnem, vbi filius
ionem. Non e-
est vbiq; & infi-
g sit incarnatus,
esse negatis, (Si
ne carne incar-
etiam in his ter-
terris est vnitus
carni

carni & vnio seu incarnatio definitur ab Apostolo Paulo per
inhabitationem Deitatis in carne, nonne caro filij Dei erit in
his terris & non solum in celo? Si enim non adest caro in
his terris, quomodo in his terris (hoc & in pagellis meis scri-
ptis vsq; præcipuè in argumento tertio prioris colloquij: falli-
tur igitur Lamius, dum totum hoc argumentum me omisisse
clamitat) λόγος habitat in carne & quomodo in his terris v-
nitus est carni? Iamne vides quid voluerim mea clausula?
Videsne quomodo vnionem quam in celo verbotenus con-
cedis, in terra reipsa dissolvas? Hic Rhodus, en falta. Argu-
mentum si solueris porrigam tibi herbam. Sed plura de his
in examine pag. 14. Pag. 13. hoc argumentum mihi attri-
buit: Totus Christus est vbiq;. Ad totum Christi pertinet
etiam corpus Christi. Ergo corpus Christi est vbiq;. Nego
ego esse meum syllogismum: Sunt quatuor termini in eo, vi-

1. 2. 3. 4.
delicet totus Christ⁹ vbiq;, ad totum Christi pertinet, & cor-
pus Christi. Vides quatuor terminos? Peruertit meum syl-
logismum Lamius, quem sic formaueram: Si totus Christus
est vbiq; & totus non est sine humanitate, sequitur etiam hu-
manitatem Christi esse vbiq;. Atqui totus Christus est vbiq;
& totus non est sine humanitate. Ergo etiam sequitur huma-
nitatem Christi esse vbiq;. Hic se respondisse affirmat Lamius
hoc syllogismo: Totus Christus est passus & mortuus. Ad
totum Christi pertinet eius Diuinitas seu diuina natura. Er-
go Diuinitas seu diuina natura est passa & mortua. Sunt qua-
tuor termini in hoc syllogismo Lamij, quem tamen suum esse

1. 2. 3.
dicit, videlicet, totus Christus, passus & mortuus, ad totum
Christi pertinet (pro quo dedebat poni, totus Christus:
Nam aliud est totus Christus, & aliud, pertinet ad totum Chri-
4.
sti) & diuinitas. Videsne reipsa distinctos quatuor terminos
in tuo syllogismo? Non sic tum formarat Lamius hunc syl-
logismum, sed corrigere volens corruptit: De reipsa ait Lami-
us me hoc respondisse: non esse eandem rationem vtriusq; syl-
logismi:

B 3 logismi:

logismi : meum enim agere de presentia : Lamij autem de passione. Fateor, & solidam esse responsionem dico (quã non quæsiui effugium, ut somniat Lamius, sed qua ipsi os obturavi, ut neq; tum neq; modò quicquam respondere potuerit. Dicit se nolle, quia non potest) Ad vnionem enim requiritur mutua presentia naturarum adinuicem : presentia enim & non absentia naturarum definitur vnio personalis. Non autem requiritur ad vnionem personalem, ut vtraq; natura patiatur, sed sufficit personam pati secundum alteram naturam : Nulla enim hic sequitur vel absentia vel separatio naturarum : potest enim adesse diuina natura humanæ naturæ patienti, ut interea ipsa non patiatur : Atqui dicere vnã naturam esse, vbi non sit altera, tollit vnionem personalem, quia statuit absentiam naturarum saltem in quibusdam locis, ut antea est ostensum. Propter hanc igitur presentia & passionis diuersitatem committitur fallacia causæ in syllogismo Lamij, in meo autem minimè. Pag. 14. affert quædam de permutatione proprietatum in concreto, ut quemadmodum proprietates carnis, videlicet pati & mori, tribuuntur filio Dei in concreto (hæc non in ipso colloquio, sed post colloquium sunt inserta) sic vice versa etiam diuinæ proprietates tribuantur carni in concreto & non alia ratione. Quæ sanè ego admitterem, si prius euicisset Lamius, esse eandem rationem vtriusq; naturæ : scio diuinitatem neq; exaltari neq; deprimi posse : humanitatem autem exaltari posse imò exaltatam esse noui ex verbo Dei & orthodoxa antiquitate, præcipuè ex Cyrillo lib. 8. Thesauri cap. 1. & ex infinitis ferè locis super Iohannem. Cum igitur non sit eadem ratio vtriusq; naturæ, non poterit etiam per omnia & simpliciter esse eadem ratio communicationis proprietatum. Cum hac sententia ex verbo Dei extracta consentire orthodoxam antiquitatem docebunt sequentia sanctorum patrum testimonia. Augustinus contra Felicianum : Iniuria sui corporis affectam non fateor Deitatem, sicut MAIESTATE DEITATIS (Deitatis inquit : Non est igitur finita maiestas) glorificatam nouimus carnem. Basiliius in S. natiuitatem

NB
d Maiestas Deitatis carni tribuitur, infirmi-

tiuitatem fol.
frigidum est :
bit (*ωδύρα*)
nigredine non
te non destrui
θεῖς θεότης
est, sic & hum
cta, proprias a

Damasc
FRIAS GLOR
cùm ipsa man
Lib. 3. cap. 1
vnione sed d
est : Hæc aut
ca) Diuinita
passionum ca
sent ex Cyrill
videbimus :
stimonis app
proprietatum
(quam solun
nicationis ic
manitas accip
tes (ut fit in
Deitati, agno
stinguebam
pag. 14. & 1
Lamium tur
fatur, se ni
rectè intellig
sunt contra
no g modò al
FICATION
finitæ) comm
mitates nõ r

Lamiij autem de pas-
ionem dico (quã non
d qua ipsi os obtura-
respondere potuerit.
nem enim requiritur
: presentia enim &
ersonalis. Non au-
t vtraq; natura pati-
n alteram naturam:
eparatio naturarum:
e naturæ patienti, vt
nam naturam esse, v-
m, quia statuit ab-
locis, vt antea est o-
& passionis diuersi-
ismo Lamiij, in meo
n de permutatione
odum proprietates
io Dei in concreto
quium sunt infer-
es tribuantur carni
hè ego admitterem,
onem vtriusq; na-
leprimi posse: hu-
tatam esse noui ex
puè ex Cyrillo lib.
super Iohannem.
aturæ, non poterit
atio communica-
& verbo Dei extru-
occebunt sequentia
s contra Felicia-
or Deitatem, sicut
Non est igitur fini-
Basilij in S. na-
tiuitatem

tiuitatem fol. 232. ferè in initio: Nigrum quidem ferrum ac
frigidum est: attamen ignitum ac candens ignis formam su-
bit (*ἰσοδύναται*) ex eo quidem splendens, ignem tamen sua
nigredine non inficit: Idemq; ardens flammam sua frigidita-
te non destruit: *ἔγω δὲ καὶ ἡ ἀνθρώπινη τῆς κρέως σὰρξ αὐτῆ μετέ-
χε τῆς θεότητος, ἔ τῆ θεότητι μετέδωκε τῆσ δικίας ἀδυσείας*, id
est, sic & humana Domini caro e particeps DEITATIS est fa-
cta, proprias autem suas infirmitates Deitati non tradidit.

Damascenus de orthod. fide cap. 7. Ipsa quidem PRO-
PRIAS GLORIFICATIONES (*δικείων ἀουχημάτων*) carni tradit,
cùm ipsa maneat impassibilis & immunis passionum carnis.
Lib. 3. cap. 15. Proprias & GLORIFICATIONES (neq; hæc de
vnione sed de effectu vnionis intelligas; quia vnio reciproca
est: Hæc autem communicatio Damasceni non est recipro-
ca) Diuinitas corpori communicabat, at ipsa permanebat
passionum carnis immunis. Plura testimonia adduci pos-
sent ex Cyrillo, Theophylacto & aliis, vt in examine pag. 60
videbimus: Hæc hoc loco sufficiant. Ex quibus patrum te-
stimoniis apparet, illos præter illam mutuam permutationem
proprietatum in primo genere communicationis idiomatum
(quam solùm agnoscit Lamius) aliud quoddam commu-
nicationis idiomatum genus, vbi diuinitas dat, & hu-
manitas accipit, non autem vice versa humanitatis infirmita-
tes (vt fit in primo genere communicationis) attribuuntur
Deitati, agnouisse. Adhuc igitur firma mea responsio quã di-
stinguebam inter passionem & presentiam. Quæ deinde
pag. 14. & 15. refert de *περιχώρησι* Damasceni certus sum
Lamium tum temporis nihil respondere potuisse, sicuti ipse
fateretur, se nihil aliud dixisse, quàm hoc: modò Damascenus
rectè intelligeretur. Quæ in margine ex Damasceno recitat
sunt contra ipsum Lamium: Dicitur in verbis ex Damasce-
no g modò allegatis, quòd Diuinitas PROPRIAS GLORI-
FICATIONES seu EXCELLENTIAS (quæ certè sunt in-
finitæ) communicarit carni, ita vt Deitas tamen carnis infir-
mitates nõ receperit vel per illas depressa fuerit, sicut per glo-
rificatione

tas carnis Dei-
tati non item.
e Hæc non de v-
nionem ipsa, sed
de effectu vnio-
nis, quia vnio est
reciproca: diui-
nitas enim vni-
ta humanitati
& humanitas di-
uinitati. Hæc
autem participa-
tio Basilij nõ est
ita reciproca.
NB. Lami.
f Conferatur
hoc cum Basilij
dicto.

g Neq; simplici-
ter Damascenus
περιχώρησι
per *ἐνεργείας*

Régi nyomtatványok, Lyceum, Kežmarok:
/307. lg. j. /

folis explicat, vt rificationes deitatis caro est, exaltata. Non tamen hæc de
tu putas Lami, transfusione, quam per calumniam mihi affingit Lamius, in-
sed *μετάδοσι* telligo; sed de reali attributione, saluis manentibus naturis &
τῶν οὐκείων earundem proprietatibus. Illa autem realis attributio est ta-
ἀουχημάτων. lis, vt hinc etiam ipsa humanitas omnia sciat, intelligat, co-
Inspiciatur lo- gnoscat & gubernet, vt loquitur idem Damascenus lib. 3. ca.
cus Damasceni 19. & sit omnipotens, vt loquitur idem lib. 3. cap. 15. his ver-
cap. 7. lib. 3. de bis: Humana verò eius voluntas à tempore ceperat, & ipsa
orth. fide in fi- naturales & innoxias passiones sustinuit. Et naturaliter h non
ne capitis. omnipotens erat: vt autem **DEI VERBI** secundum verita-
h NB. hanc di- tem & naturam facta **OMNIPOTENS**. Quod paraphrastes
stinctionem Da- ipsius sic reddit: Cùm in humanam Christi voluntatem con-
masceni. sultatio non cadat, sicuti nec ignorantia, non habent inter se
id discriminis: sed naturali sua conditione ab inuicem discre-
pant, quia diuina voluntas suapte natura efficacissima est &
virtutem habens omnia efficiendi quæ velit. Humana verò
Christi voluntas non hanc **SVA NATURA** habet **OMNI-
EFFICACEM VIRTUTEM**, sed vt **VERBO** iuncta. (Non
hæc ego, Lami, sed Damascen⁹) Quomodo autem *περιχώρησις*
Damasceni comprobet meam sententiam ex ipso Damasce-
no apparet, quando sic inquit lib. 3. cap. 3. Secundum com-
positionem, id est, secundum *ὑπόστασιν* inconuertibiliter, in-
confusè, inuariabiliter, indiuisè & **INDISTANTER** (*ἀδια-
στάτως*) & in duabus naturis perfectis habentib⁹, **VNAM HY-
POSTASIN**, confitemur filium Dei incarnatum, **EANDEM**
i Vbicunq; autè i **HYPOSTASIN DICENTES DEITATIS EIUS ET**
est hypostasis, i- **HUMANITATIS**, & duas naturas confitentes in ipso saluas
bi etiam illud integrasq; manere post vnionem: **NON SEORSIM ET**
cuius est hypo- **PARTICVLATIM PONENTES VNAMQVAMQVE,**
stasis. Atqui hy- **SED VNITAS ADINVICEM IN VNA COMPOSITA**
postasis illa o- **HYPOSTASI**. Ibidem cap. 5. Et modo & in diuina & in-
mni præsens. Er- eloquibili & mentem omnem comprehensionemq; omnem
go & humanitas excedenti dispensatione vnus sanctæ Trinitatis Dei Verbi &
Christi cuius est Domini nostri Iesu Christi, duas naturas confitemur, diui-
hypostasis teste nam & humanam, coniunctas adinuicem, & secundum hy-
Damasceno. postasin

postasin vn
ctam ac cor
commeant
& transmut
dum hypost
TER DEO
ingressione
cimus k fer
eiusdem libr
rianos vbi fi
enim eius sit
p v s, merito
moratur: I
scenus pro
STANTER
tatis & hum
est illud, cui
subsistit, vbi
ra non seors
Christi sunt
(plenus autem
tur, vnum cor
in Iohan. cap.
re asserunt. A
se esse ostendit
iuncta filio Dei
in terris esset
& Theophylac
Christi indiuis
singulis, & vn
partibilibiter at
VISVS, (Cyr
uisus est (The
phes. Vt OMN
Chrysoft. Hom
buit & eandem
meum quod pr
nipotentia p
i, sed hæc su
rat etiam Lam

postasim vnitas, & vniam hypostasim ex duabus naturis perfe-
ctam ac compositam. Et paulò post: Tametsi in se inuicem
commeant **IMMANENT QVE**, in inuicem tamen versionem
& transmutationem non admittunt. Ibidem cap. 17. Secun-
dum hypostasim dico, secundum quam **INSEPARABILITER**
DEO VERBO VNITVR, & in se inuicem naturarum
ingressionem **IMMANSIONEM QVE**, quemadmodum di-
cimus k ferri ignitionem. Plura petantur ex cap. 17. & 15.
eiusdem libri. Idem docet Athanasius in 2. Orat. contra Ar-
rianos vbi sic inquit: Propter carnem exaltari dicitur, cum
enim eius sit corpus, neq; **λόγος SIT EXTRA SVVM COR-**
PVS, meritò ipse, vt homo ratione corporis exaltatus esse me-
moratur: Ex his abundè constare puto, quomodo Dama-
scenus pro mea sententia faciat: Si enim naturæ **INDI-**
STANTER sunt vnitæ, si est **EADEM HYPOSTASIS** Dei-
tatis & humanitatis (hypostasis autem semper est, vbiq; est
illud, cuius est hypostasis, neq; vnquam hypostasis alicubi
subsistit, vbi etiam non est illud cuius est hypostasis) & natu-
ræ non seorsim & particulatim sunt positæ, si sunt vnitæ ad-
Christi sunt? Nequaquam, sed vnus vbiq; Christus, & hic plenus existens & illic plenus,
(plenus autem, Lami, non est sine corpore) vnum corpus. Sicut enim qui vbiq; offer-
tur, vnum corpus est, & non multa corpora: ita etiam & vnum sacrificium. Cyrillus lib. 4.
in Iohan. cap. 22. Sed animaduerte rursus vnum esse Christum, non duos, vt nonnulli teme-
rè asserunt. Animaduerte, inquam, quia **VBIQVE** post incarnationem **INDIVISIBLEM**
se esse ostendit (Ergo etiam, Lami, in terris erit indiuisibilis: Ergo in terris caro erit con-
iuncta filio Dei. Ergo etiam nunc in terris adest, aliàs enim in terris non esset coniuncta, sed
in terris esset à **λόγος** diuisa & tantum in cælo coniuncta) Cyrillus lib. 12. in Iohan. cap. 32.
& Theophylactus ex Cyrillo super Iohan. cap. 19. sic inquit: Igitur Sanctum corpus
Christi indiuisibile est, & diuiditur, & communicatur in quatuor orbis partes, vsum præbens
singulis, & vniscuiusq; animam sanctificans cum corpore per carnem suam vnigenitus, im-
partibiliter atq; integrè in omnibus est: cum **VNVS VBIQVE SIT NVLLO MODO DI-**
VISVS, (Cyrillus) seu integer in omnibus & indiuisus existens vbiq;. Nunquam enim diui-
uisus est (Theophylactus.) Idem Theophylactus & Oecumenius super 4. cap. Epist. ad E-
phes. Vt **OMNIA** cum carne adimpleat, quia nuda diuinitate iam antea cuncta implebat.
Chrysoft. Homil. 2. ad populum Antioch. Christus in cælum ascendens & carnem suam ha-
buit & eandem nobis dimisit. Paschasius in lib. de Sacramento Eucharistiæ: Hoc est corpus
meum quod pro vobis traditur. In hoc ergo verbo creatur corpus illud, quia diuinum est, O-
mnipotentiā plenum, **VBIQVE PRAESENS**, vbiq; omnia complens. Plura possent allega-
ri, sed hæc sufficiunt, Lamius cogitet de responsione. Hugonem, Bernhardum & alios le-
gat etiam Lamius.

NB.

NB.

k Applicetur
ferri ignitio &
stabit mea sen-
tentia.

1 Chrysoftomus
Homilia 17. in
Episto: ad Ebr.
super cap. 10.
fol. 1442. Tom.
4. Quoniam in
multis locis of-
fertur multi

C

inuicem, SI IN SE INVICEM IMMANENT, & λόγος
vt loquitur Athanasius in verbis allegatis & Cyrillus Tom.,
3. in lib. post. ad Reginas de recta fide NON EST EXTRA
CARNEM, quomodo non erit caro, ubicunq; est λόγος
quamuis nostra mente comprehendere non possimus, vt in-
quit Damascenus. Nam si alicubi est λόγος vbi non est caro,
iam λόγος ALICVBI extra carnem erit, quod inficiantur A-
thanasius & Cyrillus: iam naturæ non IN SE INVICEM
IMMANENT, quod tamen vult Damascenus iam hyposta-
sis alicubi erit, vbi non est id, cuius est hypostasis: iam non
INDISTANTER naturæ erunt vnitæ, quod impium & ab-
surdum. Consequitur igitur infallibiliter, ubicunq; est λό-
γος seu filius Dei, ibi etiam esse carnem, non propter essentia
infinatam, manet enim caro finita, sed propter arctissimam
& ineffabilem vnionem. Pag. 15. fatetur Lamius, me D.
Horwathio argumentum opposuisse in priori colloquio de
loco, quod non simpliciter sit accidens proprium corporis.
Fateor & ego, & occasione huius, Sebastiane, prolapsi sumus
ad argumentum de localitate & illocalitate corporis Christi,
quod tu in priori colloquio negas fuisse motum: Recordare
& noli negare hac occasione tibi à me illud argumentum in
priori colloquio esse oppositum. Reuocabo tibi in memori-
am, quando peruenero ad examen pag. 54. Pag. 16. adfert,
quid responderim ad articulum de ascensione Christi. Ad-
mitto: Lamij autem responsum non video. Stat igitur mea
sententia immota. Quod addit, me quaesuisse, an homo sit
assumptus in Deum localiter vel illocaliter, fateor, & adhuc
dico, me hoc loco ipsi argumentum de non loco obiecisse,
quod in priori colloquio motum fuisse negat pag. 54. Certo
scio me ibi mouisse. En habes occasionem, quam postulas
pag. 54.

Pag. 17. ait se mihi hoc obiecisse: Quod si natura hu-
mana idcirco sit illocalis & ubiq;, quia sit vnita τῷ λόγῳ
hinc etiam sequi quod sit infinita, quod impium. Addit, me
per sophisticum elenchum plurium interrogationum à scopo
digressum

digressum fuisse: &
omnipræsens, an in
spondeo: Lamius
isse nego: Neq;
nem Christi illoc
quia subsistit in
nulla sunt loca.
ritualitate vel de i
nem autem Chris
parabiliter & in
simpliciter vnio,
lis est causa om
TOTALITER
(nota) ET IN S
argumenti. Cri
per elenchum plu
mat. Ipse hoc lo
stiones distinc
tia de infinitate,
λόγῳ, cum non
fuerim, vt nihil
finitatis. Pag
omnipræsens, f
omnipræsens &
quia confundi
& essentialiter:
gamus, etiam in
sonaliter, vt vi
rem negasse qu
Nec est σοφὸν
Lamius: Nam
alterius amicus
non erit infinit
fens, & sicuti
subiectis, sic e

ANENT, & λόγῳ
& Cyrillus Tom.
NON EST EXTRA
vbicunq; est λόγῳ
non possimus, ut in-
vbi non est caro,
quod inficiantur A.
IN SE INVICEM
tenus iam hyposta-
hypostasis: iam non
quod impium & ab-
er, vbicunq; est λό-
non propter essentiae
propter arctissimam
tur Lamius, me D.
priori colloquio de
proprium corporis.
ane, prolapsi sumus
te corporis Christi,
notum: Recordare
ud argumentum in
bo tibi in memori-
4. Pag. 16. adfert,
ione Christi. Ad-
o. Stat igitur mea
uisse, an homo sit
r, fateor, & adhuc
non loco obiecisse,
ar pag. 54. Certò
em, quam postulas
quod si natura hu-
sit vnita τῷ λόγῳ
pium. Addit, me
gationum à scopo
digressum

digressum fuisse, & quaesivisse, si statuatur corpus Christi o-
mnipraesens, an idcirco statuendum sit simul infinitum? Re-
spondeo: Lamius contra me hoc pacto argumentatum fu-
isse nego: Neq; ego vnquam simpliciter dixi, idcirco car-
nem Christi illocalem, quia vnita est τῷ λόγῳ, sed ideo,
quia subsistit ἐν τῷ λόγῳ, vt loquitur Damascenus, in quo
nulla sunt loca. Quare autem idem non sequatur vel de spi-
ritualitate vel de infinitate, dicitur in examine pag. 36. Car-
nem autem Christi dico esse vbicq; ob hanc causam, quia inse-
parabiliter & indistanter λόγῳ ei est vnitus: Non enim
simpliciter vnio, sed vnio personalis & inseparabilis & tota-
lis est causa omnipraesentiae carnis Christi. Hæc igitur,
TOTALITER, INDISTANTER, PERSONALITER
(nota) ET INSEPARABILITER vniri sunt neruus mei
argumenti. Crimen falsi igitur Lamius committit, quando
per elenchum plurium interrogationum me respondisse affir-
mat. Ipse hoc loco commiscet & confundit distinctas quæ-
stiones distinctè à me propositas. Nihil igitur valet instan-
tia de infinitate, quod idcirco caro sit infinita, quia vnita τῷ
λόγῳ, cum non simpliciter ex vnione personali argumentatus
fuerim, vt nihil dicam quòd alia sit ratio praesentiae & alia in-
finitatis. Pag. 18. affirmat se respondisse, si dicatur corpus
omnipraesens, sequi etiam quòd sit infinitum, idcirco, quòd
omnipraesens & infinitum sint relata (non sequitur autem
quia confunduntur τὸ ὑποστατικῶς καὶ ἐσιωδῶς personaliter
& essentialiter: hoc modo si esset omnipraesens, quod nos ne-
gamus, etiam infinitum esset: Non enim essentialiter sed per-
sonaliter, vt videbimus in examine pag. 57. & 58.) Me au-
tem negasse quòd sint relata. Fateor. Nego adhuc esse relata.
Nec est σοφὸν φάρμακον, quod ab amicis minimè amicis petiit
Lamius: Nam vnus amicus non est alter amicus, quamuis
alterius amicus: Sic etiam si relata hæc duo, omnipraesens
non erit infinitum, sed omnipraesens erit infiniti omniprae-
sens, & sicuti amicus & amicus sunt in duobus distinctis
subiectis, sic etiam propter fundamentum relatorum, omni-
C 2 praesens

praesens & infinitum erunt in duobus distinctis subiectis. Nec statim sunt relata, quae communem affectionem quandam inter se habent, de qua re legatur Aristoteles in libro Categoriarum cap. 7. Neque quaeritur quomodo usurpauerit vocem relati Lamius, sed quomodo usurpare debuerit. Hic pro uoco ad omnes bonos Logicos.

Quod idem Grynaeus ille fecit in disputatione Heidelbergensi Anno 54.

Pag. 19. fatetur se in prima sua consignatione non tam voluisse consignare quam declarare sua. Non iniuste igitur Bezæ exemplum obieci, qui quando in colloquio Mompelgartensi respondere non poterat, domi deinde declarationem quaesivit. Pag. 20. refert me petiisse causam, ob quam sequatur, Si corpus Christi sit omnipraesens, etiam sequi quod sit infinitum: Se respondisse propter essentiae Dei simplicitatem. Respondit quidem ita Lamius, sed alia occasione, quam ipse refert, quam tamen de rebus tantum acturus mitto. Respondi autem proprietates Dei essentielles dupliciter considerari: vel quo ad intra, & sic prorsus nullum esse discrimen inter eas: vel quo ad extra respectu creaturarum, & sic admittere distinctionem quandam respectu praedicationis: Dicimus enim Deum sua bonitate saluare, & non sua bonitate, verum iustitia damnare. Sic etiam omnipotentiam praedicari quidem de humana natura, non autem infinitatem, cum tamen interea non negem infinitatem etiam suo modo esse communicatam, cum caro, ut loquitur Basilus, ipsius Deitatis sit particeps facta, & tota plenitudo Deitatis, teste Paulo, habiter in carne: ita ut tamen caro Christi non dica-

m Vide examen pag. 39. & 40.

tur infinita, m sicuti dicitur omnipotens (voluntatem enim humanam Christi, ut antea vidimus, Damascenus appellat omnipotentem) quia est distinctio quaedam proprietatum Dei quo ad extra consideratarum ratione praedicationis, & deinde quia haec communicatio non est essentialis, & per physicam quandam effusionem, verum personalis & per realem attributionem facta, Unde humana Christi natura dicitur omnipotens non τὸ εἶναι; sed τὸ ἔχειν. Nec interea tollitur simplicitas essentiae Dei, etiam si quoad extra non eodem modo

modo praedicationis non sit essentialis. Igitur inde declarationem esse et distinctionem Augustino & quunt in opera & intra vrunt. Hoc fuit fundamentum non potuit lexisse discat ebus naturis in ram & didicer declarationem in Ephes. quam falsi igitur contra meam magnos clamor cit mihi insignum & Philip nego & perne fatetur pag. 2 meae allegatio audiueram in nibus, legerat lexi quam illi & quousq; a dixi Comm me allegasse legasse, ut ille

Pag. 23. rum de succo sponderim, in successio ant quidue n

distinctis subiectis.
fectionem quan-
oteles in libro Ca-
lo vsurpauerit vo-
debuert. Hic pro-
gnatione non tam
non iniuste igitur
alloquio Mompel-
de declarationem
sam, ob quam se-
etiam sequi quod
tia Dei simplici-
d alia occasione,
tum acturus mit-
ntiales dupliciter
nullum esse discri-
teaturarum, & sic
u praedicationis:
& non sua boni-
ipotentiam praer-
atem infinitatem,
etiam suo modo
Basilius, ipsius
lo Deitatis, teste
Christi non dica-
voluntatem enim
ascenus appellat
m proprietatum
praedicationis, &
essentialis, & per
onalis & per rea-
risti natura dici-
Nec interea tolli-
extra non eodem
modo

modo praedicentur proprietates Dei, cum haec communica-
tio non sit essentialis per essentialem effusionem facta. Error
igitur inde duntaxat oritur, quod Lamius putat communi-
cationem esse essentialem & physicam, quod ego nego. Hanc
distinctionem non esse adeo absouam dixi, colligi posse ex
Augustino & Philippo, qui opera Trinitatis etiam distin-
guunt in opera ad extra & intra, & etiam his terminis, extra
& intra vtuntur, quamuis non sit per omnia eadem ratio.
Hoc fuit fundamentum meae solutionis, quod si percipere
tum non potuit Lamius, iam percipiat. Neq; me aliter intel-
lexisse discat ex 24. cap. libelli Martini Chemnicij de dua-
bus naturis in Christo, ex quo hanc distinctionem desumse-
ram & didiceram. Legat etiam abundam & sufficientem de-
clarationem in commentario D. D. Hunnij super Epist. ad
Ephes. quam nimis longum esset hoc loco recitare. Crimen
falsi igitur committit Lamius, dum meam distinctionem
contra meam mentem aliter torquet. Pag. 20. 21. & 22.
magnum clamorem excitat de Augustino & Philippo. Sed fa-
cit mihi insignem iniuriam. Non nego me allegasse Augusti-
num & Philippum: sed eo sensu, quo mihi affingit Lamius,
nego & pernego, Idcirco tu statim Lamio in faciem dixi (vti
fateretur pag. 22. vel 23.) ipsum non intellexisse fundamentum
meae allegationis. Distinctionem, qua vsus fui, plus centies
audiueram in publicis nostrorum Theologorum disputatio-
nibus, legeram in autoribus allegatis. Non aliter igitur intel-
lexi quam illi, ex quibus didiceram. Qua occasione autem
& quousq; allegarim Augustinum & Philippum, superius
dixi. Committit Elenchum κατὰ τὸν Lamius. Probat Lamius
me allegasse Augustinum, quod non nego. Me autem ita al-
legasse, vt ille me loquentem introducit, hoc probet.

Pag. 23. ait D. Horwathium obiecisse mihi argumen-
tum de successione Episcoporum, ad quod quam apte re-
sponderim, relinquit aliis iudicandum. Addo: Sciu quid
in successione Episcoporum, locus, persona, & tempus vale-
ant quidue non valeant: Idcirco solidè fuisse solum puto,

quamuis breuiter, cum per accidens fuerit motum *πάρεργον*.

Pag. 24. 25. & 26. immiscet Lamius philosophica & iocosa quaedam, quæ seriò à nobis non fuerunt mota neq; Lamio obiecta. Argumentum de theoria & praxi malè assignauit, quod tamen parum curo, cum ad rem præsentem non faciat. Quæ de æternitate disserui, philosophicè & exercitiij gratia, postulante id D. Horwathio, protuli. Legat autem qui uolet hac de re disputationes philosophicas acutissimorum philosophorum Philippi Mornæi & Benedicti Pererij. Dictum Petri contra conscientiam suam in me torquet Lamius, nunquam enim mundum ex nihilo creatum esse & vicissim interiturum negaui, quamuis id ratione mea humana comprehendere & ex philosophicis rationibus tantùm colligere non possim. Et quare iocularia cum seriis immisces Lami? Qualenam hoc fuit Lami, quod D. M. Nicolaus Erhardus ioculatorio animo protulit, nonne decem mundi sunt facti, ergo plures sunt mundi quàm vnus: Et ego eodem animo respondi: nouem autem ubi? Quare hunc iocum voluisti immiscere Lami, cum ad te nihil pertineat? videlicet vt paginam compleres.

At quæso, ô Lami, si tibi molestum non est, & si antè ignoras, quare iocularia ista allata sint, cognosce. Cum tu respondere amplius nolles, & sine omni dubio etiam non posses, (alioquin scientia turgidus) illi, quibus tuus stomachus notus erat, per iocularia ista, quæ mihi opposuerunt, te in arenam iterum protrahere voluerunt. Neq; verò eos spes fefellit. Vbi enim tu rem sic geri vidisses, statim sublimiora (scire nimirum illud magnum tuum, ostentaturus) in medium protulisti. Verùm cum neq; sic diu triumphare posses, animaduertens id Magnificus Dñs tuus, cuius tum omnes conuiuæ eramus, statim pro M. Mylio Rectore Keismarc. suppetias scilicet tibi laturo, misit. Qui quidem, prout est humanus, statim comparuit. Sed quid egit? Iussus est à Magnifico Dño Tökelió (cui meritò parere debuisset) sententiam suam de præsentis negotio exponere, cum Palæmone Virgiliano respondit:

spondit: No
Hoc honoris
alij æqui Lec
qui semper io
sita, intellige

Pag. 27
ibi refert vsq
neq; ea infic
præmonueri
enim eam c
At dicam tibi
res ira se non
gloriatu fin
ὄσπερ ὄσπερ
thius de se fa
riari, quod a
ri & nil folio

Pag. 3
rem meam o
putaminibu
meam ment
mi: Sed qu
ras, oculari
nuinam car
tare quàm e
fuit philoso
sophicis A
Philippum
nouenniun
stret Lami

Pag.
in priori co
quid subfi
Corpus C
corpus sub

spondit: Non nostrum inter vos tantas componere lites.
Hoc honoris tui causa, ô Lami, inferendum erat, vt & tu, &
alij æqui Lectores inde, qua occasione iocularia ista à nobis,
qui semper iocos à reb. seriis seponendos statuimus, sint pro-
fita, intelligeretis. Tu iudica: ego ad alia pergo.

Pag. 27. Lamius postorius colloquium inchoat: quæ
ibi refert vsq; ad pag. 32. exclusiue, nihil contra me pugnant,
neq; ea inficias eo. Pag. 32. amici cuiusdam meminit qui
præmonuerit, ne nobis consignationem suam traderet, nos
enim eam cum gloriatione quadam typis euulgaturos esse.
At dicam tibi in aurem mi Lami: decepit te iste amicus tuus,
res ita se non habebat. Pag. 33. refert me fassum fuisse, quòd
gloriatum sim, D. Horwathium negasse quòd gloriatum fuerit,
ὕπερον ὑπέτερον mi Lami: Ego de me negabam: D. Horwa-
thius de se fatebatur. Tandem dicebam, me tamen posse glo-
riari, quòd ad Syllogismum illum de relatis nihil (id est nil ve-
ri & nil solidi) respondere potueris. Et hoc verum est.

Pag. 34. refert gesticulationes meas (sic enim ocula-
rem meam demonstrationem appellare voluit Lamius) cum
putaminibus, quas ideo me adhibuisse affirmat, quòd verbis
meam mentem exprimere non potuerim. Non ideo mi La-
mi: Sed quia tu doctrinam relatorum percipere non pote-
ras, oculari te demonstratione conuincebam. En habes ge-
nuinam causam. Me de relatis maluisse ex Aristotele dispu-
tare quàm ex Philippo, non nego: quia Aristoteles acurior
fuit philosophus. De theologis hic nihil, tantum in philo-
sophicis Aristotelem amo. Quòd fatetur Lamius, me interea
Philippum non contempsisse, benè facit. Quòd dixerim me
nouennium operam philosophiæ dedisse, non nego, demon-
stret Lamius rem aliter se habere.

Pag. 35. refert hunc meum syllogismum (quem etiam
in priori colloquio propositum esse superius ostendi) Quic-
quid subsistit in non loco, illud subsistit eatenus extra locum.
Corpus Christi subsistit in non loco: quia λόγος, in quo
corpus subsistit non est locus. Ergo corpus Christi eatenus
subsistit

extra locum. Hunc syllogismum non constare ex puris negatiuis dixi, quia eodem sensu permanente simpliciter possit reduci ad syllogismos absolutè affirmantes hoc pacto: Quicquid subsistit in illocali, illud etiam est illocale. Atqui corpus Christi subsistit in illocali. Ergo etiam est illocale. Ob hanc causam duos syllogismos eandem materiam tractantes proposui. Quòd autem prouocat ad suum scriptum contra Horwathium, in quo egerit de eiusmodi syllogismis, nihil ad me. Addo tamen, quòd talia ibi proferat Lamius, quæ à Fortunato Crellio in 3. lib. Logices de Syllog. cap. 7. iam sunt dissoluta. Legatur etiam Aristoteles in lib. *περί ἑρμηνείας* & in prioribus Analyticis. Sed ad res ipsas. Pag. 36. refert suam *ἐνστάσην* his verbis: Quicquid subsistit in spiritu est spiritus. Corpus Christi subsistit in Spiritu, nempe in *λόγῳ* qui est spiritus. Ergo corpus Christi est spiritus. Addit me respondisse, meum syllogismum agere de præsentia seu existentia: suum autem de essentia. Non igitur esse parem consequentiæ rationem. Fateor: Et dico solidam esse solutionem, cuius fundamentum est hoc: quando corpus Christi subsistit in illocali, tollitur causa ob quam corpus ibi debebat esse locale. Locus enim est externum accidens (NB.) non intrinsecum: In illocali autem nullus est locus. Quando autem corpus subsistit in spiritu non tollitur causa ob quam corpus est corpus: Corpus enim ab alio externo accidente non denominatur, sicuti locale & illocale, sed habet suam denominationem à terminis essentialibus intrinsecis, quos etiam retinet, quando subsistit in spiritu. Habes causam diuersitatis syllogismorum satis solidam. Tua maior propositio est falsa: Mea autem vera ob rationem assignatam. Hinc etiam apparet, ob quam causam corpus Christi non sit infinitum, etiam si in infinito subsistat: & tamen sit illocale, quia in illocali subsistit. Est enim prorsus eadem responsio, quæ modò est allata. Videatur examen pag. 17. Pag. 37. quædam de Iacobo Andreae refert de quibus in examine pag. 70. & 71. Quæ pag. 38. & 39. de contradictione Ursini & Pezeli refert non

non nego: Illam
Pag. 39. & 40.
Augustini. Super
sententiam. Idem
in meam proba
tionem quam Lamius refe
dit & vasa ira De
quædam non ead
inter misericordia
simpliciter, quate
niam idemq; de r
ciemus. Concess
turis. Respondi e
tiam ad proprietat
referendam esse, c
tericordia enim I
ira Dei est etiam
ob præcedentia pe
misericiordiæ esse
Si prorsus nullo m
cordiam & iustat
tibilitas essentia
quare non eodem
uti dico carnem C
tenus ad extra c
prædicantur: E
tia Dei, sicuti in
tantum distincti
ad SENSVM respo
dò quicquam fo
quare in colloq
cipere fundamen
affingit quasi do
tris differre, suo
rumpit. Nouit

non nego: Illam autem nondum sublatam esse repeto.

Pag. 39. & 40. vicissim mentionem facit allegationis Augustini. Superius ostendi Lamium corrumpere meam sententiam. Idem hic repeto. De re ipsa dico: Distinctionem meam probavi sanè ex effectis Dei, sed aliter longè, quàm Lamius refert, nimirum hoc pacto, si vasa misericordiae & vasa irae Dei non sunt eadem, etiam aliqua ex parte, quamvis non eadem prorsus ratione, distinguere poterimus inter misericordiam Dei & iustissimam iram ipsius, ut non simpliciter, quatenus ad extra considerantur, & promiscuè unum idemq; de misericordia Dei & iusta ipsius ira pronunciemus. Concessit Lamius distinctionem illam esse in creaturis. Respondi ego tanquam in obiectis: Addidi autem etiam ad proprietates Dei aliqua ex parte tanquam ad causas referendam esse, cum effectus ex sua causa cognoscatur (misericordia enim Dei est causa vasorum misericordiae: iusta ira Dei est etiam causa vasorum irae Dei, eatenus quatenus ob praecedentia peccata iustè punit) aliàs dici posse iure, vasa misericordiae esse vasa irae Dei, quod Paulus negat Rom. 9. Si prorsus nullo modo deberemus distinguere inter misericordiam & iustam iram Dei. Neq; tamen hinc sequitur partibilitas essentiae Dei. Hinc etiam diuersitatis ratio petitur, quare non eodem modo dicam carnem Christi infinitam, sicuti dico carnem Christi omnipotentem: quia videlicet quatenus ad extra considerantur non simpliciter eadem de iis praedicantur: Et tamen nulla sequitur hinc partibilitas essentiae Dei, sicuti in priori exemplo ex Paulo vidimus: Est enim tantum distinctio & non disiunctio. Haec tum temporis quoad SENSVM responsa sunt, ad quae Lamius neq; tum neq; modo quicquam solidi respondere potuit. Agnoscesne tandem, quare in colloquio toties tibi in faciem dixerim, te non percipere fundamentum sententiae meae? Quod D. Horwathio affingit quasi docuerit essentiam filij realiter ab essentia Patris differre, suo more facit: Sententiam D. Horwathij corrumpit. Nouit Lamius D. Horwathium nunquam ita sensisse.

D

fisse.

fisse. Quæ pag. 41. 42. 43. 44. partim ad me nihil, partim personalia: Atq; propterea iudico *πάρρησια*. Quod D. Horwathium *πολυπράγμωνα* vocat, calumniatur suo more. In sequentibus paginis aggreditur confutationem meæ consignationis, in qua re quàm fortem se præbeat videbimus.

Pag. 45. reprehendit, quod me Magistrum appellârim. Mi Sebastiane iure feci. Titulum hunc tanquam præmium publice publica Academia Witebergensis mihi contulit, huncq; multis disputationibus philosophicis me ibidem defendisse scito. Quod scripsi me Magistrum Albertum Grauerum in Gymnasio Neerensi profitentem orthodoxam doctrinam de persona Christi, neq; erravi, neq; meipsum laudavi: Titulum meum, nomen meum, & officium meum simul exprimere volui. Forsan ad placitum Lamij debui dicere, doctrinam cacodoxam? At nondum me conuicit erroris in articulo de persona Christi. Dico igitur me adhuc profiteri orthodoxam doctrinam de persona Christi. Pag. 45. & 46. molestè fert, quod illum Calvinistam appellavi. Quare igitur doctrinæ ipsius adhæres, si nomen Caluini adeò auersaris? Quod Lamius dicit se suum dogma ex Philippo didicisse falsum est: Philippus non docuit hoc ipsum quod Lamius. Philippus namq; in Epistola ad Marrinum Gerlicium sic scribit: Ego mori malim quàm hoc affirmare, quod illi (videlicet Cingliani) affirmant, Christi corpus non posse nisi in vno loco esse. Ideo constanter arguas eos publicè & priuatim cum erit occasio. Et in Epist. ad Fridericum Myconium anno 30. scripta sic ait de primo instauratore certaminis Calviniani seu potius Berengariani Carolo stadio videlicet: Carolo stadio primùm excitauit hunc tumultum, homo ferus, sine ingenio, sine doctrina, sine consensu communi, quem nullum vnquam humanitatis officium aut intelligere aut facere animaduertimus: tantum abest, vt in eo significatio aliqua Spiritus sancti animaduersa sit. Et paulò post: Controuersiam de cœna Domini tantum odio Lutheri, non aliqua pietatis opinione mouit. Et ibidem: Neq; verò quisquam

quisquam mihi
re corpus Christi
confirmet: præ
MET, Christum
Quid enim affer
cur hoc loco in
vsq; Philippus.
est Witebergæ a
tio in epistola ad
tiis Augustanis
glijanos pro frat
Qui doctrinas p
do introducunt
tribus agnoscer
certis dogmatib
nes, quibus Ci
tu Sebastiane in
ni defendis, sed
nus, Beza & ali
Dei iis niti pos
(In germanico
vt in confutati
de ad Philippu
escere conscier
lippus. Legat
rum, in qua ad
adorari: iuuat
omnipotentia
concedis com
stus secundu
piorum exaud
riculis eosder
eunte ætate
Epperiensis,
mum tum m

quisquam mihi persuaferit, Augustinum hoc loco sic alligare corpus Christi ad vnum locum, vt nusquam alibi esse posse confirmet: præsertim cum scriptura **NVS QVAM AFFIRMET**, Christum ita vno in loco esse vt alibi esse non possit. Quid enim afferri potest, præter humanæ rationis iudicium, cur hoc loco includamus Christum in vnum locum? Huc vsq; Philippus. Hæc epistola Philippi Melanctonis edita est Wittebergæ anno 1530, quo anno etiam vnâ cum Brentio in epistola ad Philippum Landgrauium Hæssie in Comitibus Augustanis grauissimas causas reddit, quapropter Cinglianos pro fratribus agnoscere non possit quando sic inquit: Qui doctrinas prodigiosas (Caluianos intelligit) non modo introducunt in Ecclesiam, sed etiam defendunt, pro fratribus agnoscendi non sunt, nullo enim modo impiis & incertis dogmatibus assentiendum est. Et paulò post: Si rationes, quibus Cinglius mouetur (Cinglium autem non solum tu Sebastiane in articulo de persona Christi & cœna Domini defendis, sed etiam reliqui tui fratres omnes, vtpote Caluinus, Beza & alij) conscientias ita satisfacerent, vt in iudicio Dei iis niti possint, facillè nos allegorias ipsius approbarem. (In germanico tuo scripto Lami retines allegoriam Cinglij vt in confutatione eiusdem videbimus. Apparet igitur quâ fide ad Philippum prouoces) certum autem est non posse acquiescere conscientias istis argumentis. Hæc tum temporis Philippus. Legatur etiam Philippus in responsione ad Stanckarum, in qua affirmat Christum secundum vtramq; naturam adorari: iuuare posse etiam & exaudire, quæ sunt opera solius omnipotentiae Diuinæ, quam si humanitati Christi esse non concedis communicatam, sicuti negas, dic quomodo Christus secundum humanam naturam, teste Philippo, preciorum exaudiat, iuuat, fidem eis largiatur, & in omnibus periculis eosdem conseruet? An Lamius semper ab in-

D 2 Domini

NB. Hæc verba
D. Philippi Melanctonis.

11 NB.

11

11

o Modestia La-
mii. //

Domini Epperienses, qui in hunc usque diem dicunt, se nunquam quicquam tale sperasse de Lamio, ne ad momentum quidem horæ ipsum tulissent. Vel igitur tunc fuit hypocrita Lamius, vel aliter sensit, quàm nunc sentit. Quia Ecclesia Epperiensis non fuit Calviniana. Quòd nos *diabolistas* appellat, D. Horwarthium cum Baalaco, me autem cum Bileamo comparat, nihil moror, scio quòd publicum mendacium non requirat neruosam refutationem. Quæ pag. 47. 48. & 49. de ordine repetit, ea superius sunt confutata.

Pag. 50. instantiæ de Angelis, quòd sint illocales nec tamen ubique, non vult recordari. Parum refert. Est enim exemplum duntaxat. Responsio ipsius semetipsam refellit. Angeli non sunt in loco tali, de quali inter me & Lamium controuertitur, nisi Lamius voluerit dicere esse corpora naturalia. Nihil igitur ad Rhombum illa de loco definitiuo. Magis accurata sunt illa, quæ Damascenus de $\pi\epsilon$ seu vbi.

Pag. 51. pueriliter & inconuenienter de parenthesi loquitur. Nec Philippus ipsi patrocinator, qui loquitur de oratione Rhetorica, qualem ego non institui. Est ambiguitas vocis. *παρεργον*. Pag. 52. 53. & 54. tantum contendit me in margine falsò posuisse, quòd illud argumentum de non loco sit primum, cum tamen fuerit septimum. Sciat autem Lamius me non idcirco appellasse primum, quòd primò ipsi sit oppositum, sed quòd sit primum eorum argumentorum Lamio oppositorum, quæ ego eram enumeraturus. Ambiguitas igitur in voce. Hoc argumentum etiam in priori colloquio fuisse motum in examine pag. 15. ostendi. Neque argumentum de incarnato Christo omisi, vt contendit Lamius, sicuti superius est ostensum.

Pag. 55. personalia tantum tractat. Addo: Nónne D. Horwathius fuit alius à me, Lamio? Confer igitur hoc cum tua pagella. Quòd D. Horwathius referente Lamio pag. 56. negauit se vnquam in sententiam Calvinianorum iturum, verum est, & ex *πληροφορία* fidei hoc ipsum dixit: Quia certò nouerat illorum dogma esse falsum. Per calumni-
am igitur

am igitur perti-
vult excusare su-
cusat, vt vidim-
hil addo, nisi ho-
mento sit infini-
ne. Pagina
tribus personis
enim diuinitati
mnes enim tres
sentiam diuina
personali, vbi
της της φύσεως
tiæ & naturæ,
mius. Quòd
sentia, secund
infinitum, est
de corpore Ch-
præsens, ergo
tialiter (quom-
naliter est om-
ris Christi no-
dissolubilis. C
infinitum, ve-
liter vnitum,
perius ex Da-
Christi finitu-
per modum,
quit est *ἐναρ-
quiuocationi-
tiale & perso-
finitum, & ta-
mascenus, &
vt Iustinus M-
σαφής ἔλεγχ-
credulitatis a*

am igitur pertinaciæ ipsius hoc tribuit Lamius. Pag. 57.
vult excusare suam responsionem de relatis : sed magis se ac-
cusat, vt vidimus superius in examine pag. 18 : ideoq; hic ni-
hil addo, nisi hoc, vt Lamius mihi dicat, in quo nam prædica-
mento sit infinitum, & statim apparebit num sit relatum nec
ne. Pagina 58. enarrat Lamius ταυτότητα τῆς θεότητος in
tribus personis diuinitatis : sed præter rem : Inter personas
enim diuinitatis est communicatio essentialis numerica : Om-
nes enim tres personæ diuinitatis vnâ habent numero es-
sentiam diuinam. Nos autem loquimur de communicatione
personali, vbi quidem ταυτότης τῆς ὑποστάσεως, sed non ταύ-
της τῆς φύσεως : vna quidem persona : sed duæ diuersæ essen-
tiæ & naturæ, Sunt igitur ἀπροσδιόνυστα, quæ hic affert La-
mius. Quod addit, infinitatem esse velut causam omnipræ-
sentia, secundum quid concedo. Sequitur inde : Ergo quod
infinitum, est omnipræsens : sed non vice versa. Non enim
de corpore Christi rectè colligit Lamius : Statuitur omni-
præsens, ergo & infinitum. Quia corpus Christi non essen-
tialiter (quomodo valet reciproca conuersio illa) sed perso-
naliter est omnipræsens : causa enim omnipræsentiæ corpo-
ris Christi non est infinitas ipsius, sed vnio personalis in-
dissolubilis. Quodcunq; igitur est omnipræsens, illud vel est
infinitum, vel infinito indistanter, inseparabiliter & persona-
liter vnitum, sicuti corpus Christi Filio Dei vnitum esse su-
perius ex Damasceno ostendimus. Manet idcirco corpus
Christi finitum, & tamen non per naturæ proprietatem, sed
per modum, qui, vt Iustinus Martyr in exposit. verè fidei in-
quit est ἐξαιρεσις vnionis personalis. Fallaciam causæ & æ-
quiuocationis simul committit Lamius confundendo essen-
tiale & personale. Quomodo autem corpus Christi maneat
finitum, & tamen simul τῷ λόγῳ indistanter, vt loquitur Da-
mascenus, & omnipræsenter vnitum, committatur Deo, quia
vt Iustinus Martyr in loco allegato de eadem materia inquit
σαφῆς ἔλεγχος ἀπιστίας τὸ πῶς περὶ θεῶ λέγειν manifestum in-
credulitatis argumentum de Deo quærere quomodo. Atq;
D 3 sic

24

hic nondum probasti o Lami omnipræsens & infinitum esse
relata.

Pag. 59. similiter confundit Lamius τὸ ἐπιπρόσωπον & ὑπο-
στασιακόν, dum conatur euertere meam distinctionem inter es-
sentiam & existentiam, & putat eidem tribuendam esse essen-
tiæ infinitatem, cui tribuitur modus existendi ubiq;. Con-
cedo Sebastiane de eo, qui essentialiter & ex proprietate natu-
ræ est ubiq;. Iam verò audisti, quòd non doceamus corpus
Christi ex proprietate naturæ & modo existendi naturali, sed
personali, seu iuxta modum vnionis personalis ἐξ αἰσθητικῶν esse o-
mnipræsens. Est igitur æquiucatio in tua responsione, cum
distinguere debebas inter modum existendi essentialem seu
naturalem & modum existendi personalem.

Pag. 60. huic meo syllogismo: Secundum quam na-
turam Christus est filius hominis, secundum eam etiam data
est Christo omnipotentia: quia æterna potestas data est filio
hominis, vt legitur Danielis 7. Sed Christus secundum car-
nem est filius hominis, vt docet Paulus Rom. 1. Ergo Chri-
sto secundum carnem data est omnipotentia: Hunc sequen-
tem syllogismum opponit Lamius: Secundum quamcunq;
naturam Christus est filius hominis, secundum eam descen-
dit de cælo. Dicit enim Christus Iohan. 3. V. 13. Nullus a-
scendit ad cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis
qui est in cælo. Sed Christus secundum carnem est filius
hominis. Ergo secundum carnem descendit de cælo. Hoc
autem admissò, inquit Lamius, an non velut ex inferis reuo-
cabuntur errores p Martionitarum, qui Christum carnem
suam è cælo attulisse contenderunt? An non multò
est consultius, si quemadmodum & Christus & Daniel in
concreto de filio hominis loquuntur, ita & nos intra eosdem
q limites permaneamus? Hæc Lamius. Respondeo pri-
mum generaliter: Non est eadem ratio & causa vtriusq; syl-
logismi: Maior enim propositio mei syllogismi ob hanc cau-
sam vera est, quia quicquid in tempore Christo est datum se-
cundum carnem ei datum est vt loquuntur omnes patres, &
quatenus

p Nullo modo
mi Lami, quia
est ambiguitas
Ὁπότεως tuam
illationem im-
pediret, etiamsi
tuū syllogismū
admitterem.
q Vide sequen-
tia patrum testi-
monia.

quatenus filiu
nim ei in temp
syllogismi La
ræ & orthodo
sacra scriptura
nis descendit
quitate quòd
filius hominis
non quatenus
dem est filius
nationem ma
cælo. Alio ig
syllogismus
syllogismum
ambiguitate
tur hoc loco
Iohanni eni
factum est &
dit de cælo:
hanc phrasin
non video q
de cælo poss
re velit, λόγος
Neq; video
Lamiū syllo
sequatur er
enim illorū
delicet desc
tamen amb
lara. Nihil
terminorū
Dicis Lam
do. Data ig
bio infinita
bastiane?

s & infinitum esse

ἐπιπέδω & ὑπερ-
bationem inter es-
sendam esse essen-
di ubiq;. Con-
proprietate natu-
roceamus corpus
endi naturali, sed
is ἐξ αἰθέρος esse o-
sponiione, cum
essentialem seu

ndum quam na-
eam etiam data
stas data est filio
secundum car-
1. Ergo Chri-
Hunc sequen-
um quamcunq;
am eam descen-
7. 13. Nullus a-
Filius hominis
rnem est filius
de cælo. Hoc
ex inferis reuo-
ristum carnem
An non multo
s & Daniel in
s intra eosdem
espondeo pri-
sa utriusq; syl-
i ob hanc cau-
o est datum se-
nnes patres, &
quatenus

quatenus filius hominis est Ioh. 5. Secundum Deitatem e-
nim ei in tempore nihil dari potuit. Maior autem propositio
syllogismi Lamiani non habet simile fundamentum scriptu-
ræ & orthodoxæ antiquitatis: Nullibi enim dicitur in tota
sacra scriptura, quod filius hominis, quatenus Filius homi-
nis descendit de cælo: & nullibi legitur in orthodoxa anti-
quitate quod secundum eam naturam, secundum quam est
filius hominis descenderit de cælo: Filius enim hominis
non quatenus simpliciter est filius hominis, sed quatenus i-
dem est filius Dei, non per localem descensum, sed per incli-
nationem maiestatis suæ & per incarnationem descendit de
cælo. Alio igitur fundamento nititur meus syllogismus, quam
syllogismus Lamij. Deinde in specie & hoc addo, Lamij
syllogismus idcirco iure non posse opponi meo cum insigni
ambiguitate laboret: Descendere enim de cælo non accipi-
tur hoc loco proprie; sed figuratè, pro eo quod est incarnari:
Iohanni enim Euangelistæ hæc sunt τὰ ῥητά: Verbum caro
factum est & habitavit in nobis: Et Filius hominis descen-
dit de cælo: Vbiq; enim loquitur de incarnatione. Si igitur
hanc phrasin descendere de cælo accipiam de incarnatione,
non video quomodo ex hoc dicto, Filius hominis descendit
de cælo possit excludi caro Christi, nisi forsitan Lamius dice-
re velit, λόγος incarnatum esse sine carne, quod absurdum.
Neq; video quomodo hoc modo de incarnatione explicatus
Lamij syllogismus non possit admitti, vt tamen interea non
sequatur error Martionitarum vel Valentinianorum: Error
enim illorum duntaxat ex ambiguitate phraseos oritur, si vi-
delicet descendere de cælo accipiatur de locali descensu, quæ
tamen ambiguitas per declarationem præcedentem est sub-
lata. Nihil igitur Lamius æquiucatione & ambiguitate
terminorum ludens efficit. Sed validius hominem premam.
Dicis Lami, quod Filius hominis sit vox personæ: Conce-
do. Data igitur in tempore æterna potestas (quæ proculdu-
bio infinita) personæ. Secundum quam autem naturam Se-
bastiane? Hic respondeatur. Nam persona non est quiddam
tertium.

tertium mixtum, quod neq; diuina neq; humana sit natura. Quicquid igitur tribuitur personę, illud vel secundū diuinam naturam, vel secundū humanam, vel secundum vtramq; ei attribuitur. Hic nullum prorsus datur quartum. Atqui nō secundum diuinam naturam, data est Filio hominis æterna & infinita potentia, cum Deitati in tempore nihil dari possit, est enim perfectissima & *ἀωραγής* & prorsus immutabilis Malachia 3. Iac. 1. Ergo secundum humanam naturam, à qua Filius hominis denominatur, data est ei in tempore æterna & infinita potestas. Vides fundamentum mei syllogismi? Et quia Lamius cupit & consultius putat, vt in ambiguo concreto (secundum interpretationem Lamii sic dicto) hæreamus, neq; dicamus secundum quam naturam Christo sit data in tempore æterna & omnis potestas, id est omnipotentia, adferam perspicua quædam ex orthodoxa antiquitate testimonia, quæ ostendunt, Christo secundum humanitatem datam esse omnem & infinitam potestatem in cælo & in terra, Christum secundum carnem euectum esse in infinitam gloriam, Christo secundum carnem concessum esse in tempore infinitum dominium super omnes creaturas. Cyrillus Alexandrinus Tomo 1. in Iohan. libro 4. cap. 24. sic inquit: Nam propter seipsum Spiritus viuificat, ad cuius ^a VIRTUTEM per coniunctionem CARO conscendit: Quomodo autem id fiat, nec mente intelligere, nec lingua dicere possumus: sed silentio atq; firma fide id suscipimus. Lib. 11. cap. 17. Homo enim propter naturæ humilitatem, exaltationis naturaliter indiget, gloriam igitur suam, quam semper habet ^b VIDEVS, VT HOMO petiit. Nec quia gloriæ vnquam propriæ expertus fuit hæc ab eo dicuntur (nunquam enim Dei verbum ac Deus verus dignitate caruit sua) sed quia in gloriam quæ sibi semper adest vt Deo, PROPRIVM TEMPLVM reducere volebat. Tom. 2. lib. 8. thesauri cap. 1. sic inquit: Est autem NATVRÆ HVMANÆ proprium à Deo accipere, Quid enim habet quod non accepit? vt scribitur. Vt homo igitur PER

^a NB. Est autem Spiritus virtus infinita.

^b Vt Deus autem habet gloriam infinitam. Ergo vt homo petiit gloriam infinitam. Neq; hæc de vnione intelligas, quia, vnio est reciproca: glorificatio autem minime: & glorificatio est effectum vnionis personali s.

GRA.

GRATIAM à DEO TER HABET. ea gloria &c. Nō uti Deus naturam hominem, quæ Tom. 2. lib. 6. tas in summæ & ipsam in diuinitate vnigenitus Dei Curuatur enim quod Dominus cepit autem hæc propria quidem Deo, & dominus d SECVNDVM super quibus r Tom. 4. lib. 6. gine licet in cælo Deum Verbum formasse autem AM ET OPER Basilii ca: SI POST men super omni, vt omnis in te incarnatio confessionem tur factus est est hoc: Da *ἡς τὴν ἐνανθρῶπιον* incarnationem Et ibid. fol. habuit ante Inseparabili iuxta HVMANITATIS defectum

q̄ humana fit natura.
vel secundū diuinam
undum vtramq̄ ei ar-
tum. Atqui nō secun-
minis æterna & infi-
hil dari possit, est e-
s immutabilis Mala-
nam naturam, à qua
in tempore æterna &
mei syllogismi: Et
vt in ambiguo con-
n̄ sic dicto) hærea-
uram Christo sit da-
id est omnipotentia,
xa antiquitate testi-
m humanitatem da-
in cælo & in terra,
le in infinitam glo-
sum esse in tempore
ras. Cyrillus Ale-
cap. 24. sic inquit:
ad cuius a VIRTU-
it: Quomodo au-
ia dicere possumus:
Lib. 11. cap. 17.
exaltationis natu-
semper habet b vt
nquam propriæ ex-
enim Dei verbum
uia in gloriam quæ
PLVM reducere vo-
nquit: Est autem
cipere, Quid enim
t homo igitur PER

GRA-

GRATIAM à Deitate accipit, QUAE UT DEVS NATVRALI-
TER HABET. Lib. 10. thesauri cap. 9. Glorifica me Pater
ea gloria &c. Non sibi ergo à Patre gloriam petebat, qua sic-
uti Deus natura non indigebat, sed PATERNAM GLORIAM in
hominem, quem assumpsit petendo vt homo traducit. Item
Tom. 2. lib. 6. dialog. cum Hieremia: Humanitatis parui-
tas in summæ & excellentissimæ naturæ dignitatem peruenit,
& ipsam in diuinitatis folio collocauit, & cum carne Verbum
vnigenitus Dei dominatur non absq; Patre. Ibidem fol. 357.
Curuatur enim ei omne genu & omnis lingua confitebitur,
quòd Dominus Iesus Christus est in gloria Dei Patris. Ac-
cepit autem hæc d SECUNDVM HVMANITATEM. Igitur pro-
pria quidem Verbi omnia, secundum quod natum est ex
Deo, & dominatur omnibus cum Patre. Accipit autem hæc
d SECUNDVM HVMANITATEM, quando factus est sicut nos,
super quibus regnet & imperet, potentia ei à Deo data est.
Tom. 4. lib. de Incarnat. cap. 5. Cæterum tanquam in ima-
gine licet in carbone aspicere adunatum quidem humanitati
Deum Verbum, non tamen proiecisse quod fuerat: Trans-
formasse autem magis assumptam naturam IN SVAM GLORI-
AM ET OPERATIONEM.

Basiliius lib. 4. contra Eunom. pag. 684. in edit. Græ-
ca: SI POST INCARNATIONEM propter obedientiam no-
men super omne nomen Filio Pater largitus est Deo existen-
ti, vt omnis lingua ipsum confiteatur Dominum: Cùm an-
te incarnationem nec nomen super omne nomen habuit, nec
confessionem ab omnibus quòd esset Dominus. Maior igitur
factus est post incarnationem, quod absurdum est. Tale
est hoc: Data est mihi omnis potestas in cælis & in terris
εις την εὐαγγελίῳ ἡμεῶν ἐν καὶ ἐκ εἰς τὴν θεότητα ταῦτα νοεῖν δεῖ. De
incarnatione igitur & non de Deitate hæc intelligenda sunt.
Et ibid. fol. 685. Glorifica ea gloria &c. Si gloriam quam
habuit antequam mundus fieret amisit. Ergo & Deitatem.
Inseparabilis enim est gloria à Deitate. Apparet ergo, quòd
iuxta HVMANITATIS dispensationem, non secundum Deita-
tis defectum hoc dixerit.

E Theo-

c Atqui quæ De-
us naturaliter
habet, illa sunt
infinita. Obser-
ua hic distinc-
onē inter illud,
quod est per na-
turam & illud,
quod est per gra-
tiam habere.

d NB. Secundū
humanitatem
accepit eiusmodi
potentiam,
qua ynā cum Pa-
tre dominatur
omnibus: quæ
potentia sine o-
mni dubio est in-
finita: gloria e-
nim Dei patris,
quam secundum
humanitatem,
teste Cyrillo, ac-
cepit, est infini-
ta. Et hæc de ef-
fectu vnionis,
vt supra ostēdi.

NB. Theophylact. cap. 28. in Matth. ex Chrysoft. Ego prius
condemnata natura, existens autem Deus secundum unio-
nem ad filium Dei absq[ue] naturarum confusione accepi pote-
statem super omnia, ita vt & ab angelis in celo adorer, & sic
per terram ab omnibus finibus terræ glorificer. Super Ioh.

NB. Cupit in
gloriam infini-
tam subuehi hu-
manam naturā.
Et hæc non ac-
cipi de ipsa uni-
one simpliciter
testantur verba,
quæ nunc in i-
gnominia, quæ
crucifigēda &c.
Igitur de effectu
unionis.

cap. 17. Glorifica me: hoc est, humanam meam naturam,
quæ nunc in ignominia, quæq[ue] crucifigenda, & subuehe eam
in gloriam, quam habebam apud te ego Verbum & Filius tu-
us priusquam mundus esset. Collocauit enim humanam na-
turam in throno regio, & adoratur nunc ab omni creatura.

Damasc. lib. 3. de Orth. fide cap. 18. Humana verò
eius voluntas à tempore cœperat, & ipsa naturales & innox-
as passiones sustinuit. Et naturaliter non omnipotens erat:
vt autem Dei Verbi secundum veritatem & naturam facta,

OMNIPOTENS. Cap. 21. Humana natura essentialiter non
obtinere futurorum cognitionem. Domini autem anima pro-
pter ipsam ad Deum VERBUM unionem & hypostaticam i-
dentitatem, diues facta est (ceu dixi) cum reliquis diuinis si-
gnis etiam futurorum cognitione. Plura ex Damasceno su-
perius sunt allegata, quæ hic reperantur.

Vigilius lib. 5. contra Eutyech. ex Chrysoft. sic inquit:
Cognoscamus igitur quæ natura sit cui dixit, sede ad dex-
tram meam, & esto particeps meæ sedis: illa nimirum, quæ
audierat: terra es & in terram conuerteris. De hoc loco vi-
de Damasc. lib. 4. de orthod. fide cap. 2. vbi dicit: Car-
nem Christi sedere in gloria & honorificentia Deitatis, quæ
certè gloria est infinita. Sedit autem ad dextram Dei post re-
surrectionem. Cum his consentit Athanasius in Orat. 4.
contra Aria. & de suscepta humanitate aduersus Apollin. &
in aliis locis, in quibus docet, quicquid in tempore datum est
Christo, id ei secundum humanitatem esse datum. Ex hisce
sanctissimorum patrum testimoniis euidenter colligitur,
quòd Christo secundum carnem communicata sit infinita
gloria & potentia Deitatis, propter quam potenter domina-
tur omnibus creaturis & ab ipsis angelis adoratur. Vides igi-
tur Lami, nos non minus piè imitantes sanctos patres voca-
bulis

bulis naturæ
Christo in ter
antiquitatem
pertè confirm

Pag. 61.
ram esse omni
lùm contradi
mat, monstra
deo à Lamio
nitione interpr
unionis, & m
ctionem, po
in unione sib
tione Iohan.
verbis Theo
Martyr in ex
pi deificatur
diuinæ digni
tres, quando
statis & glor

Pag. 6
Augustini,
nihil addo.

Pag. 6
rum de loco
rat ipsius s
Dicam tib
Noli me ra

Pag.
quæsitum
tur illud, q
tur respon
Pagi
rim Calu
tiliter defle

post. Ego prius
cundum vnio-
ne accepi pote-
lo adorer, & sic
er. Super Ioh.
neam naturam,
& subuehe eam
m & Filius tu-
humanam na-
nni creatura.
Humana verò
ales & innox-
anipotens erat:
naturam facta,
sentialiter non
m anima pro-
postaticam i-
quis diuinis si-
Damasceno su-

post. sic inquit:
fede ad dex-
mirum, quæ
e hoc loco vi-
i dicit: Car-
Deitatis, quæ
n Dei post re-
s in Orat. 4.
us Apollin. &
ore datum est
um. Ex hisce
er colligitur,
ta fit infinita
nter domina-
ur. Vides igi-
patres voca-
bulis

bulis naturæ quàm vocabulis personæ, posse exprimere quid Christo in tempore sit datum. Frustra vos iactare orthod. antiquitatem ex his paucis testimoniis, meam sententiam a- pertè confirmantibus, apparet.

Pag. 61. narrat, quomodo Vrsinus intelligat carni da- tam esse omnipotentiam, quod ego non multum moror. So- lum contradictionem Pezeli, qui negat, & Vrsini, qui affir- mat, monstrare volui: quam contradictionem nondum vi- deo à Lamio esse sublatam. Vrsinus illud dictum de v- nione interpretatur: Patres autem, vt vidimus, de effectu vnionis, & meritò, cum ibi Christus loquatur post resurre- ctionem, postquam accepit plenarium vsum omnipotentia in vnione sibi communicata, vt taceam dictum de glorifica- tione Iohan. 17. non posse pro ipsa vnione explicari, sicut ex verbis Theophylacti superius allegatis apparet. Et Iustinus Martyr in exposit. fidei asserit: post vnionem corpus Domi- ni deificatum, non per conuersionem, sed participationem diuinæ dignitatis. De effectu igitur vnionis loquuntur Pa- tres, quando de communicatione diuinæ & infinitæ maie- statis & gloriæ loquuntur.

*Omnipotens effectus
vnionis, quam magis a pat-
ribus habuit momento
et, licet non expresserit.*

Pag. 62. & 63. redit Lamius vicissim ad allegationem Augùstini, ad quam quia superius sufficienter respondi, hic nihil addo.

Pag. 64. dicit se nolle respondere ad meum argumen- tum de loco, cum ipsi non fuerit oppositum: quasi non euer- tat ipsius sententiam, & quasi Lamius respondere potuerit. Dicam tibi in aurem mi Lami, hoc argumentum vocatur, Noli me rangere.

Pag. 65. dicit de primo postulato, quod aliud fuerit quæsitum & aliud à me responsum. Rectè: quia quæreba- tur illud, quod non dixeram simpliciter. Nec simpliciter igi- tur respondi.

Pagina 66. Caluinum excusat, me inculcat, quod dixe- rim Caluinum scripsisse, Paulum Apostolum nimis sub- tiliter deflectere sententiam prophetæ Dauidis, cum Calui-

nus tantum dicat Paulum subtilius deflectere. Nimis ieiuna responsio. Neq; hoc debebat dicere Calvinus, Paulum subtilius deflectere sententiam Davidis ad Christum. Neque quicquam ad rem facit, quod deinde Lamius ostendit, quomodo Calvinus conciliet Davidem cum Paulo, & monstret in re ipsa nihil esse repugnantiae: Nam iam enervarat Calvinus vim argumenti Paulini, quando dixerat, Paulum subtilius deflexisse Davidem ad Christum. Quid enim hic dicit Iudæus infidelis? Hoc nimirum, si Paulus subtilius deflexit sententiam Davidis ad Christum, non igitur verè ex Dauide probavit suam sententiam. Ego non curo Pauli subtilem deflexionem. Non subtilius deflectat, sed rectà probet Paulus ex Dauide. Quid hic respondebis Iudæo infideli pro Paulo Apostolo si Caluini sententia est vera? Vides quid vester Calvinus efficiat, quem hoc loco defendis? Defendis Calvinum & non vis esse Calvinianus? /

Pag. 67. Hieronymum allegat pro Caluino. Sed mi Lami, Hieronymus nihil de deflexione subtili, de qua Calvinus, sed duntaxat affirmat, Apostolos in ponendis testimoniis de veteri Testamento non verba sed sensum considerare. Quid autem vester Calvinus? Ait in Commentar. super Psal. 8 quod Apostoli ex Prophetis sæpè allegent, quod ALIO SENSU erat dictum. Sed hæc non dicit Hieronymus, imò contrarium. Nihil igitur pro te Hieronymus.

Pag. 68. Lutherum allegat (scio mi Lami cuius hoc sit, sed è σοφὸν φάρμακον) qui ramen nihil pro Lamio. Scribit namq; Lutherus Apostolos non semper allegasse proprietatem Hebraicam. Et deinde, quod ipsius textus sæpè sublimius feratur, quàm Hebraicus, quamvis EODEM SENSU. Quid hæc pro Caluino? Nihil. Calvinus scribit, Paulum etiam à genuino sensu non nihil deflectere Davidem, non solùm de proprietate linguæ (de qua solùm Lutherus) sed etiam de interpretatione sensus agit Calvinus. Et ostendat Lamius vel alius quispiam ex Calvinianis, vbi vnquam tam impiè Lutherus scripserit de Apostolis, sicuti Calvinus in sequentibus testimoniis? Calui-

Huius impudentia

Calvinus
finem sic inqu
postolus, non
institutum d
Neq; enim du
ornare Mosis
Rom. 10. v.
ctavit Apосто
minutionis
in resurrectione
Pauli ad Eph
TAM INTER
personam ac

Super
genuino sensu
posito suo a
scriptura ab
zante D. D
us. Ex his i

Pagin
ba poni in
colligi posse
ideo, quia m
quia Petrus

Pag.
se Iacobo
ex Luthero
tres, quos
ad ccelos,
Iacobus A
tueris dem
stum loca
hanc causa
psi non ad
tus doctri

Calvinus in Comment. super Psal. 8. Versu 6. circa finem sic inquit: Quod de breui abiectiōe deinde tractat Apostolus, non est exegeticum: sed καὶ ἐπιεργασίας ad suū institutum DEFLECTIT QUOD ALIO SENSU dictum fuerat. *Ehodem bene videtur*
Neq; enim dubitavit Paulus hoc modo per amplificationem ornare Mosis verba, vbi dicit, quis ascendet in cœlum? &c. Rom. 10. v. 6. & Deut. 30. v. 12. Non ergo tantum spectavit Apostolus, quid David sensisset, verum ad nomen diminutionis & decoris alludens, illam in morte Christi hoc in resurrectione constituit. Eodem ferè accedit expositio illa Pauli ad Eph. cap 4. v. 8. qua locum psal. 68. v. 19. NON TAM INTERPRETATUR quàm pia DEFLEXIONE ad Christi personam accommodat.

Super epist. ad Ephes. cap. 4. vers. 8. Quia non nihil à genuino sensu hoc testimonium DETORSIT Paulus, ut proposito suo accommodaret: Impiū eūm criminantur quasi scriptura abusus fuerit &c. Plura legantur in Caluino iudicante D. D. Hunnij, cui nimis ieiunè respondit vester Paræus. Ex his iudicetur num Caluino iniuriam fecerim. *Noli affingere Pauli fallaciam q̄ scribit qd in mentem venit.*

Pagina 68. asserit etiam Lamius me maluisse mea verba poni in consignatione, quàm Apostoli Petri, & inde colligi posse quid sentiam de Apostolis. Falleris Lami: Non ideo, quia mea verba voluerim præferre verbis Petri, sed ideo, quia Petrum non allegâram, sicuti tu asserebas.

Pag. 69. 70. & 71. conatur ostendere, se nullam fecisse Iacobo Andreae iniuriam, idq; partim ex Patribus partim ex Luthero vult euincere. Verùm mi Lami, nihil dixisti. Patres, quos allegasti & Lutherus statuunt localem ascensum ad cœlos, non ad Patrem simpliciter. Idem semper docuit Iacobus Andreae. Legantur scripta ipsius. Et si tu Lami poteris demonstrare vel ex verbo Dei vel ex patribus, Christum localiter discessisse ex terris & ascendisse ad cœlos ob hanc causam vt ad Patrem perueniret, quasi Pater in terris ipsi non adfuerit, sed duntaxat in cœlo substiterit, illic penitus doctrinæ tuæ astipulabor. Sed hoc facies ad Calendas

E 3 Græcas.

Græcas. Manet igitur verum te peruertisse & in alienum sensum detorsisse verba Iacobi Andreae, cuius scripta si diligentius legerentur, multi æquius de illo viro sentirent. Sed non lecta, non intellecta & duntaxat audita reprehendere est illorum hominum proprium.

Pagina 72. facit mentionem quorundam verborum in conuiuio nuptiali prolatorum, quæ non impugno.

Pag. 73. & 74. impietatis me arguit, quod D. Horwathio de cena loquente dixerim: Est autem figurata oratio. Fuit enim Christus pictor, qui aliud in corde aliud in ore habuit, &c. Et propterea me blasphemum putat & ironicè de Christo locutum esse. Verùm insigniter decipitur Lamius: Non potuit præ inopia ingenij sui percipere, quod his verbis irriserim sententiam Calvinianorum qui verba Christi figurata esse contendunt. Est nimis crassus & puerilis (debebam dicere subtilis) hic Lamij error. Non ad Christum, sed ad Calvinianos respexi hæc dicendo. Nulla igitur hic impietas. Nulla ironia de Christo sum vsus.

Pag. 75. ait Lamius me in multis falsi testimonij criminibus deprehensum esse, quod quàm verum falsumue sit, sufficienter puto patere ex hac mea responsione.

Atq; sic Dei beneficio, solidè ex verbo Dei & orthodoxa Antiquitate ad singula declarationis Lamianæ momenta respondi. Deus conuertat conuertendos: & conterat pertinaces Ecclesiæ Dei hostes visibiles & inuisibiles:

Nobis autem largiatur veram & piam
pacem in altera vita.

A M E N.

CLA
GI D. D.
gistrum A
us in

A Ccepil
lecte, tr
gnifici Hero
in benedict
Generositat
orandus De
turo discessu
pensare, & h
bi conserua

Quod
uocatus, gra
lam & dilig
state & inte
tuis laborib

In cer
tuam, inter
cum debita
ficationem
vt isthic du
cõstabit ti

Res n
in Schola

Grat
Heroè, Di

à D. Doc
rio, piæ me
um contra
hi salutem

Régi nyomtatványok, Lyceum, Kežmarok:
/307. ig. j. /

EPISTOLA
CLARISS. THEOLO-
GI D. D. ÆGIDII HVNNII, AD MA-
gistrum ALBERTVM GRAVERVM, cuius superi-
us in prolegomenis facta est mentio. *Ante ipsam Declarationem*
Salutem in Christo P.

Accepi literas tuas, ornatissime Dñe Magister, amice dilecte, tristissimæ rei nuncias, siquidem illæ de obitu Magnifici Herois Dñi Gregorij Horwarthij (cuius memoria fit in benedictione) me certiores fecerunt. Ut autem ipsius Generositati beata hæc emigratio inuidenda minime est: ita orandus Deus, ut hanc iacturam, hoc, quod ex ipsius præmature discessu sentit Ecclesia, damnum, alia ratione clementer pensare, & his perturbatissimis temporibus lucem diuini verbi conseruare velit.

Quod Cassouiam ad Scholæ ibidem Rectoratum es euocatus, gratulor equidem tibi, nihil dubitans, te Spartam illam & diligentia in faciendo officio, & morum vitæq; honestate & integritate sic exornaturum, ut copiosum fructum ex tuis laboribus Ecclesia percipiat.

In certamine contra Sacramentarios laudo alacritatem tuam, interim non diffido, quin prudenter ac circumspectè, cum debita moderatione causam hanc acturus sis, ut ad ædificationem faciat, & non ad destructionem. Quod si accideret, ut isthic durare non posses, patebit tibi liber ad nos regressus & cõstabit tibi mea pmissio, quam feci hinc à nobis discessuro.

Res nostras quod attinet, sunt illæ Dei beneficio saluæ, in Schola pariter & Ecclesia.

Grata fuerunt, quæ mihi de Illustri & Magnanimo Heroe, Dño Tieffenbachio scripsisti. Significatum mihi est à D. Doctore Eulenbeccio, Electoratus Saxonici Consiliario, piæ memoriæ, Dñm Tieffenbachium legisse librum meum contra Sacramentarios Embdenses, & ista occasione mihi salutem curasse nunciandam. Quæ res ut mihi apprime grata

Régi nyomtatványok, Lyceum, Kežmarok:
/307. ig. j./

grata est, sic vicissim ipsius Generosæ Magnificentiae à Deo
precor omnem prosperitatem, cum temporalem tum æter-
nam, atq; in primis successum rerum in periculoso bello con-
tra iuratum Christiani nominis hostem, Turcam, constan-
temq; victoriam.

Salutari etiam peto R. & doctissimum virum, Dñm Se-
uerinum Scultetum Barrphensem Theologum, amicum me-
um honorandum. Dominus Iesus sit vobiscum, Amen.
Datae Wittebergæ die 23. Martij, Anno Christi 1597.

Tuus ex animo

Aegidius Hunnius D.

